¶ Item quando appellatur ab aliquo iudice in patria cõsuetudinaria adiornamẽtum in casu appelli debet cõtinere q̃ iudex adiornetur. et parti intimetur. ¶ Estq̃ sciendum q̃ si intimetur parti aduerse oportet iudicem adiornare. et per stilum notorium adiornamentum equipoleat intimationi: sz periculum est adiornari facere eum loco intimandi: Nam quando alicui intimatur dicere potest q̃ causa ip̃m in aliquo non tangit. et q̃ non vult sustinere iudicatum. ⁊ nec tenebitur in assignatione comparere. Et si non direrit tenebitur comparere alioqui ponetur in defectu: et soluet expeñ. Et in dicta patria consuetudinaria oportet appellare illico a tempore noticie scientie date. vel illati grauaminis. Sed in patria iuris scripti sufficit appellare infra decem dies. et in patria cõsuetudinaria sufficit dicere viua voce appello in patria vero iuris scripti: quando ab interlocutoria prouocatur appellãdũ est in scriptis: sed a diffinitiua si illico potest appellare dz viua voce.

¶ Item et in patria consuetudinaria si appelletur a sententia diffinitiua vel interlocutoria aut alio quocũq̃ grauamine oportet q̃ ille aquo appellatur deferat appellationi interposite. et non potest vlterius procedere sub pena emende arbitrarie. Sed in patria iuris scripti si appelletur ab interlocutoria vel alia grauamine extraiudiciali ille a quo appellatur potest concedere apostolos refutatorios: nec tenetur supercedere donec fuerit ei inhibitum virtute litterarum in casu appelli verumtamen quãdo appellatur a diffinitiua iudex a quo tenetur supersedere ab vlteriori processura.

¶ Item si appellans in patria consuetudinaria appellat ad parlamentum. et cadat a sua causa appelli per congedium: interruptionem: et desertionem aut als soluentur. lx. libre de emenda pro sua falsa siue temeraria appellatione etiam si iudex subiectus vel regius dederit sententiam a qua fuerit appellatum ad parlamẽtum. et dicatur male iudicatum soluit. lx. libras pro emenda pro suo falso iudicio. Et si appellatum fuit coram bailliuo vel senescallo si appellãs sit innobilis et non soluit nisi. lx. pro emenda

Hayman Library Online
OHYMAN LIBRARY ONLINE
ЛИЧНИКОВА

Sed in patria iuris scripti nō est emenda quādo dicitur male iudicatum nisi causa iudicatur vel determinatur in parlamento.

¶ Item in patria consuetudinaria non potest infirmari sententia per viam nullitatis nisi fuerit interposita appellatio per quam possit quis deducere nullitatem sententie. Sed in patria iuris scripti secus est. Nam abq; appellatione deduci potest via nullitatis.

¶ Item in patria consuetudinaria ad obtinendum adiornamentum in causa appelli sufficit dicere appellasse. Sed in patria iuris scripti oportet ostendere instrumentum appellatorium quando appellatur ab interlocutoria ⁊ tradere in cancellaria ad videndum si appellatio sit admissibilis ⁊ nemo recipitur vt appellans in curia parlamenti nisi ostendat dictum instrumentum appellatorium.

¶ Item si appelletur a diffinitiua in patria consuetudinaria appellans non admittitur ad proponendum facta noua: sed solum illa que in causa principali proposuit. Sed in patria iuris scripti recipietur ad proponendū facta noua. Et propterea cause appelli patrie consuetudinarie viua voce litigantur. Sed respectu causarum a patria iuris scripti prouenientium quādo appellatur ab interlocutoria appellans tradit suum libellū appellatorium per modum nullitatis rationum iuris. Et quando a diffinitiua per modum factorum nouorum nisi quis velit vel capiat ius per processum.

¶ Item sciendum est q̄ appellans tam in patria consuetudinaria q̄ iuris scripti infra trimestre debet adiornamētum in causa appelli releuare post appellationem interpositam. Si vero appelletur a pare frācie oportet illuz adiornare per binas litteras p̄ quarum vnas per regem adiornatur: ⁊ p̄ alias mandatur alicui officiali regio vt presentet predictas litteras adiornamēti ⁊ precipiat dicto pari francie vel eius officiarijs q̄ die assignata secum habeat suos baillivos vel officiarios a quibus extitit appellatum curie presentare: ⁊ quando appellatio ab aliquo bailliuo vel seneschalo regio in patria consuetudinaria rex mandat adiornari dictum bailliuum vel seneschalum secus in patria iuris scripti quia mandat partem adiornari ⁊ iudici intimari.

¶ De defectibus ⁊ congediis casu appelli ⁊ quā vtilitatem importent.

Item ⁊ primo si appellans suum adiornamentum in casu appelli releuauerit p̄ vnum defectum qui congediū appellatur perdit causam ⁊ virtute dicti defectus vel congedij dicta pars intimata vel appellata talez vtilitatem habebit q̄ appellans cadet ab eius causa appelli: ⁊ condemnatur in expensis. Et q̄ id a quo fuerit appellatum executioni demandabitur. Sed si appellans non releuauerit sed anticipatur per appellatuz tunc requiruntur duo defectus anteq̄ appellatus obtineat congediū ⁊ lucrū cause.

¶ Item sed respectu partis intimate vel appellate oportet obtinere duos defectus anteq̄ perdat causam suam ⁊ appellans obtineat lucrum cause ⁊ virtute dictorum defectuum dicetur q̄ bene fuit appellatum male iudicatum: cum expeñ.

¶ Item sciendum est q̄ licet consueuerit et sit necesse vt appellans qui releuauit faciat adiornari iudicem a quo in patria consuetudinaria vel intimari in patria iuris scripti alioquin appellatio esset deserta ⁊ perderet causam suam: tamen si iudex est regius non tenetur comparere die sibi assignata neq̄ sustinere sententiam ab eo latam. nec eadē potest in emēdam si male iudicauerit quia se remittit ꝓcuratori regio vt sustineat causam si bonum et videatur. Estq̄ bene notandum q̄ iudex regius ob iniquam sententiaz vel falsam iusticiam non potest conuenire neq̄ potest in processu teneri nisi contra eū allegetur fraus malicia dolus aut corruptela. Sed si appellatur ab aliquo alio iudice non regio in patria consuetudinaria dominus cuius nomine fuit iudicatum debet adiornari ⁊ cōparere in die assignata cum iudice suo pro sustinendo iudicatum quia si diceretur male fuit iudicatum solueret emendam sicut predictū est.

¶ Item si quis appellat durante plamēto debet releuare ad dies ordinarios alteri parlamenti sequentis: tamen hodie de gratia ponitur clausula vt partes adiornentur ad certam diem ordinariam presentis parlamenti non obstante q̄ sedeat ⁊ q̄ partes non sint de diebus ordinarijs ⁊c. Et si ante releuaretur p̄ registratione stili appellatio esset deserta.

¶ De renūciatione appellationis.

Item si appelletur ad curiam parlamenti debet renunciari infra octo dies ⁊ soluer sexaginta solidos de emenda: ⁊ debet fieri renunciatio coram iudice a quo ⁊ parti infra octo dies intimari. alꝭ non valeret renunciatio nec audiretur. si illam secrete faceret.

¶ De materia casus nouitatis.

Item sicut dictū est supra ad regem per preuentionē pertinet cognitio casus nouitatis: ⁊ debet quis conqueri de omni turba vel impedimento facti sab anno ⁊ die citra. Et ideo vocatur casus nouitatis ad causam turbe noue ⁊ si turba vel impedimentū esset sub annatum non posset quis conqueri in casu nouitatis ⁊ non potest quis conqueri in eodem casu nouitatis nisi dicat se possessorem ⁊ medium debitū deducat conseruando possessionem eius.

¶ Item ⁊ in materia beneficiali non potest quis obtinere possessorium nisi habeat titulum ⁊ institutionem canonum. Sed in materia prophana non est opus docere de titulo sed sufficit ostendere possessionem ⁊ gaudētiam per tempus sufficiens ad possessionez acquirendam: ⁊ ex priuilegio nouitatis q̄n aliquis conqueritur in casu nouitatis per executionem debet remouerī ⁊ restablimentum fieri rerum attentatorū ⁊ leuatarū ⁊ res contentiosa capi. ⁊ ad manum regiam poni tanq̄ superiorem.

¶ Item quando aliquis conqueritur in casu saisine ⁊ nouitatis debet partem suā adiornari facere ad videndam eius querimoniam ad effectum reduci supra locum cōtentiosum: ⁊ si vna partium deficiat potest seruiens dare defectum contra partem contumacem. Et si pars impetrans deficiat virtute dicti defectus cadit a querimonia sua. Si autem pars aduersa deficiat seruiēs virtute dicti defectus debet manutenere ⁊ cōseruare conquerentem in suis possessionib̄ ⁊ saisinis. Et nihilominus pro maiori securitate seruiens executor predictarum litterarum querimonie debet adiornare partem deficiētē coram iudice cui cognitio cōmissa fuerit vsuram amplius conquerentem manuteneri ⁊ conseruari in suis possessionibus antedictis.

¶ Item ⁊ de materia casus nouitatis est q̄ per executorem dz amoueri nouitas anteq̄ fiat restablimētum ⁊ q̄ res contentiosa ponatur ad manuz regiam. Et hec fieri debēt anteq̄ pars admittatur ad opponentē ⁊ in omni casu in quo cadere potest possessiō casus nouitatis potest impetrari. dūtamen infra annum ⁊ diem a tempore turbe. Sz opz q̄ turba sit torcionaria ⁊ de facto quia iuris exceptio non hz iniuriam nisi contra expletum vel executionem iusticie non habet locuz casus nouitatis: nec fiet reparatio alicuius actus auctoritate iusticie facti nisi p̄ appellationem vel oppositionem.

¶ Item vasallus qui contra dōm feudalez impetrat casum nouitatis non potest impedire renuodium coram dicto domino ⁊ curia sua ⁊ est speciale in hoc casu in alijs autem casibus quando subiectus conqueritur in casu nouitatis coram aliquo iudice regio dominus iurisdictionalis ipsius subiecti nō poterit petere renuodium ad eius curiā fieri cuius res contentiose sint de iurisdictione sua ⁊ debet rei contentiose recredentia illi adiudicari qui habet ius apparentius in re de qua agitur.

¶ Item sciendum est q̄ licet alteri partiuz recredentia fuerit adiudicata ⁊ ideo gaudeat pendente processu rebus contentiosis nihilominus si cadat in causa debet reddere parti obtinenti omnes fructus profectu ⁊ emolumenta que percepit pendente processu nihil aliud est recredentia q̄ gaudere rebus contentiosis pendente processu.

¶ Item est aduertēdum q̄ in materia nouitatis si defensor acquisiuit hereditatem titulo emptionis vel permutationis. aut alꝭ non potest petere garēdum nisi sit infra annum a tempore acquisitionis per eum facte quod est speciale in casu nouitatis in alijs autem casibus siue sit materia simplicis saisine siue petitoria stilus hic locū nō habet.

¶ De protestatione quam debet facere defensor anteq̄ respondeat articulis per verbum credit ⁊c.

Item ⁊ primo qui vult respondere articulis sue partis aduerse. debet protestari q̄ per eius responsionez non intendit aliquomodo recedere a factis contentis ⁊ baptisatis in suis articulis. Et si respōdeat articulis partis aduerse qui sunt iuris negatū suspensum dubij obscuri aut impertinentis non intendit q̄ talis responsio possit parti aduerse ꝓdesse neq̄ sibi respondenti nocere.

Hayman Library of Ukrainica
ЕЛЕНИКОВА

re quouismodo.

¶ Iteꝫ factis huiusmodi responsionibus responsoꝫ cuilbet ex articulis per verbum credit vel non credit procedetur ad inquestam ꝛ caueat quis ne super quolibet articulo examinari faciat vltra decē testes; quia non esset sibi nisi onus ꝛ amplius non cōputarētur ꝯ decem super quolibet. Sed si fuerit vna turba potest producere quantum sibi videbitur: ꝛ non concedere solent commissarij defectuꝫ nisi vsqꝫ ad solis occasum. Et si pars deficiat procedetur in eius absentia sicut in presentia.

¶ Finis tertie partis.
Deo gratias.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Quinta pars.

¶ De forma arrestorum.

Naturaliter arrestum formari ⁊ ordinari debet circa hoc vt pria facie pōt occurrere dicendum est ꝙ quandoꝫ ꝑ iudicū curie anullatur processus cōmissarij qui fecit inquestam. Et tunc arrestum breuissime fieri debet ⁊ sufficit tangere factum in arresto succincte sic. H. Causa in nostra parlamenti curia inter. H. ex vna parte. et. W. ex alia super tali re ⁊c. vel occasione processus resorti talis ⁊c. mota et vertente ⁊c. facta inquesta per commissarios ⁊ auditis partib⁹ in nostra curia ad recepta ipsa visa diligenter curia nostra prefata propter nonnullos defectus in processu dictum processum annullauit ⁊ annullat. Si vero aliquid vltra dicatur ponatur in arresto ⁊ debet commissarius partes ad expensas condemnari. Si culpa ipsi⁹ pcessus fuerit annullatus. Et debebit cōmisso renouari siue fuerit sup hoc litigatum siue non. Sed si inuenitur processus imperfectus tunc similiter arrestum breue sic fieri debet.

¶ Lite mota in nostra curia iter. H. ex vna parte. Et. H. ex alia et inquesta facta super hijs per certos commissarios ⁊ ipsa in statu in quo erat curie remissa ⁊ partib⁹ auditis ad finē debitum vel ad finē vtrum commissio renouari deberet ad iudicandū recepta Ipsa visa p iudicium nostre curie dictum ꝙ cōmissio renouabitur ⁊ dabuntur ꝯmissarijs qui p̄dictam inquestā pficient ⁊ pfectam dicte nr̄e curie remittant iudicandā. Quādo ꝫ ponitur in arresto ad vtilitatē hui⁹ partis quādoꝫ ad certum tēpus infra qd̄ pficiri debet iquesta: ⁊ alia multa ꝑm litigia diuersa ⁊ euangelia: in pcessibus scripta qñꝫ est fienda cōmissio sup reprobationib⁹ iudicati ⁊ tunc consueuit arrestū breue sic fieri.

¶ Lite mota ⁊c. inter. H. ⁊c. ⁊. W. ⁊c. occasione possessiōis iurisditiōis talis ville ⁊c. facta inquesta p certos cōmissarios ⁊ ipsa partib⁹ in curia nr̄a ad finem debitum auditis: ad iudicandū recepta: vel an siue reprobationes iudicari posset admissa: quia receptum est ꝙ iudicari absq̄ hoc ꝙ inquiratur veritas sup reprobatiōib⁹ traditis p curiā receptis ⁊c. vel sic de laycus ⁊c. lite mota i nr̄a parlamēti curia inter. H. ex vna ⁊. W. ex alia partibus ratiōe inquantū tangebat et tāgit principale loci. H. ⁊ rerum aliarum eidē cum eius vxore in matrimonij contractu. Per. H. in dotem cōstitutorum: latiꝰ super hoc passato instrumēto dotalicij specificatorꝫ ⁊ designatorꝫ super hijs ⁊ alijs hic inde ꝓpositis: ⁊ auditis partibus ac in factis ꝓtrarijs ⁊ ad inquestā appūctatis. Et demum inquesta facta reportata curie ⁊ ad iudicandū recepta iuictis eidē per partes vtrinq̄ litteris ⁊ munimentis: testiumq̄ reprobationib⁹ ea: vna cū p̄dicta munimētis et reprobationib⁹ visis ⁊ diligenter examinatis. reperto ꝙ pcessus absq̄ de dictis reprobationib⁹ inquirēdo iudicari non poterat p̄fata curia nr̄a partes p̄dictas ad i eorꝫ reprobationib⁹ hmōi ꝓtenta facta pbandū admisit ⁊ admittit vel sic. Curia nr̄a ꝙ de dictis reprobationib⁹ primitus veritas inq̄reretur et inquesta facta et ad iudicandum recepta curia partibus faciet ius ordinauit et ordinat.

¶ Quādo aūt pcessus est ad iudicādum distingue ꝙ aut nihil est ꝓpositū in cā appellatiōis in curia: ſz simpliciter est pcessus receptus vt supra scribit euāgeliū tale videatur an bene vel male fuerit appellatū ⁊ confirmatur sn̄ia simpliciter nihil remoto vl̄ declarato fit arrestū breue sic. Cum a sn̄ia quadā per senescalū nr̄z tholose ad. H. actoris vtilitatē cōtra. H. defensorē ratione summe cētū millū florenorꝫ auri de frācia ad causam cuiusdē dotis eiusdē actricis iamdictū p̄dictum defensorꝫ filiūꝫ heredē patris communis eorundē ꝯdēnari petierat lata: p quā iudex maior dicti senescalli locūtenēs dictū defensorē ad dandū ⁊ soluendum ⁊c. ⁊ in expeñ. dicte actricis cōdēnauerat: fuisset pro parte dicte defensoris ad nr̄am parlamenti curiā appellatū. Auditis igit̄ i dicta curia nr̄a partib⁹ in cā appellatōis p̄dicte pcessuq̄ ex eisdē actis an bene vel male fuisset appellatū ad iudicandū recepto: eo viso: ⁊ examinato p iudiciū dicte curie dictū fuit senescalli p̄libati locuntenentē bene iudicasse et dictū appellantē male appellasse. Ipsuꝫ in expeñ. dicte cause appelli earūdem expēsarum taxatiōe dicte nr̄e curie reseruata cōdemnādo. ¶ Si autem partes essent de patria ꝓsuetudinaria oporteret adijcere post verbum appellasseꝫ emendabit appellans. Quandoꝫ emdēa applicatur alicui pro loco ⁊ tunc post verbum ꝯdēnando subiūge. Et insup prefata nr̄a curia ꝙ dicta emenda ad vtilitatē religiosorꝫ heremitarū beati augustini tholose p ⁊ ex causa ad hoc dictam curiam nostram mouentē applicabitur ⁊ conuertetur ordinauit et ordinat.

¶ Quandoq; etiam appellatus qui fuit p
testatus de se iuuando de appellatiõe par-
tis aduerse etiã cõcludit nullitatꝭ desertio ⁊
traditur libellus appellatorius per modũ
factoꝝ nouorum nullitatum ⁊ rationum iu
ris et presentatur curie requesta ciuilis vt
appellans admittat ad pbandũ contenta
in articulis coram iudice a quo traditis: de
bet sic arrestum continuari post verbum sit
ad nos ⁊ nostram parlamenti curiã tholo-
se sedentem p parte dicte. A. appellatum:
ac per pfatũ actorẽ ptestatum q̃ se appel-
latiõe hmõi inq̃tum sibi minus q̃ petiisset
fuisset adiudicatũ iuuare posset in dicta cu
ria nostra partibus auditis in dicta causa
appellationis hmõi qd̃ faciendo conclusuz
etiam per dictam. A. tanq̃ appellantẽ qua
tenus fuerat in minori petitorio per eum cõ
demnatus extitit processuq̃ ex eisdez actis
an bene vel male extitisset appellatum iun-
cto libello appellatorio. A. predicti per mo
dum nullitatum factorum nouorum et ra-
tionum iuris traditoꝝ saluoq̃ iure tam sup
nullitatibus si q̃ essent q̃ sup requesta qua
dã ciuili parti. A. ipm̃z ad eius acta tam in
libello eodẽ q̃ in eoꝝ articulis coram iudi
ce prefato appellationẽ traditis contenta
ad pbandũ admitteretur impetrata ⁊ curie
pro interinando pñtata. Hecnõ super eo q̃
non appellasset neq̃ releuasset nõ forevt ap
pellentem recipiendũ illiusq̃ appellationẽ
desertã dicebat esse primitus faciendo rece
pto adiudicandũ ⁊ si fuerint pducta instru-
mẽta dicetur eo vnacũ iunctis eidẽ certis i
strumẽtis pductis p. A. vel vtrũq̃ (quãdo
ambo pduxerunt) visis ⁊ diligenter exami
natis reperto q̃ nullitas in pcessu neq̃ de
sertio minusq̃ in libello pdicte appellatio-
nis facta noua admissibilia aliqua nõ erãt
minimeq̃ obtẽperato requeste pdicte ciuili
p pfate curie nre iudicii dictũ fuit locũte-
nentẽ plibatũ iudicis appellationũ bene iu
dicasse: ⁊ dictũ appellantẽ male appellasse
sepedictũ. A. appellãtẽ i cause hmõi appel-
li expeñ. illarũ taratione dicte curie nostre
reseruata condemnando.

¶ Quãdoq; pars appellãs vel ipsi⁹ pcura
tor ꝑdẽnat in emẽda ꝓpter subterfugia. Et
tunc post ꝓbũ reseruata adiicient. Et ꝓpter
exq̃sita p eũ subterfugia qb⁹ illũ p pcessum
vsus fuisset apparuit in. c. sok. de emẽda ap
plicãdũ capelle palacij nostri cõdẽnando.
Quãdo vero condẽnatur pcurator subiun
gitur post verbũ reseruata. Et. A. eius pcu
ratorem ꝓpter exquisita vt supra ⁊c.

¶ Quandoq; appellat a scꝑa snia ꝑfirma-
toria prime ⁊ ꝑ bene iudicatũ ⁊ male appel
latum cũ expeñ. tunc arrestũ breuiter sic est
ordinandũ cũ a snia quadã iudicis nri ma-
ior tholose locũtenentẽ senescalli nri tholo
sani cũ expẽsarum cõdẽnatione certe alte-
rius snie p locũtenẽtẽ iudicis nri ordinarij
tholose a dicto. A. opponẽtẽ ⁊ defẽdẽtẽ rõe
bonoꝝ medietatis quorũcunq̃ q̃ vita fun-
cti. A. aui paterni dicti actoris: detentorũ
per ipsum defensorẽ ad ipsum actorẽ p de-
functi pariter. A. eiusdẽ actoris patris me
diũ deuente ⁊ pertinẽtium vt dicebat actor
ipse qui sibi medietatẽ hmõi adiudicari vna
cum illius a tẽpore indebite occupationis
perceptis ⁊ q̃ percipi poterũt fructibus ex
pensisq̃ petierat late p quã locunteñ. pfati
iudicis ordinarij ⁊c. (Inseraẽ tenor senten
tie) fuisset ad nos ⁊c. auditis ⁊c. pcessuq̃ ex
eisdẽ ⁊c. Eo viso ⁊ diligẽter examinato per
pfate curie nre iudicii dictũ fuit iudicẽ ma
iorẽ plibatũ locũteñ. senescalli tholosani bñ
iudicasse. Et dictũ appellãtẽ male appellas
se ipm in cause appelli expeñ. illarũ taratio
ne dicte curie nre reseruata ꝑdemnando.

¶ Quandoq; appellat a snia cõmissariorũ
curie sup retractatiõe cõgedij quoꝝ snia cõ
firmatur cũ expẽsis ⁊ emẽda tũc poterit ar-
restũ sic ordinari cũ a snia quada dilectorũ
fidelium cõsiliariorꝝ nroꝝ in nra parlamen
ti curia tholose magistri. A. ⁊ A. commissa
rioꝝ in ea parte p dictã curiam deputatoꝝ
ad. A. defendeñ. ⁊ etiã actoꝝ vtilitatẽ: ptra
A. impetrãtẽ ⁊ actorẽ. ac etiã defensorẽ sup
certi cõgedij p dictũ. A. vt appellatũ a dic-
ta curia nra cõtra dictũ. A. vt a senescalo
nro carcassonẽsi pcessũ: ipsum senescalli vel
locunteñ. defectus obtẽti ⁊ eidẽ. A. expedi
ti req̃sita p dictũ. A. ex qua deducebat cau-
sas ⁊ rõnes fieri retractatiõe p quã ꝑsiliarij
nri pfati commissarij (inseraꝝ tenor sen-
tentie cõmissariorum) pũtinciauerant ⁊ de
clarauerãt fuisset ad nos ⁊c. Auditis igitur
⁊c. processuq̃ ex eisdem actis ⁊c. Per pfate
curie nostre iudicium dictum fuit consilia-
rios nostros memoratos commissarios be
ne iudicasse ⁊ dictum appellantem male ap
pellasse. Et q̃ emẽdabit eum in causa hui⁹
secundi appelli expensis illarum taratione
dicte nostre curie reseruata condemnando.

¶ Quãdoq; pnunciant sup desertiõe ⁊ tũc
dicit p pfate curie nre iudicii dictã appel-
lationẽ pdictã esse desertã. ⁊ q̃ ob iõ emẽda
bit nobis appellatiõis: emenda vna. xxx. li
brarũ turonẽsiũ. Et insup iudicẽ maiorẽ pli-
batum locũtenentẽ senescalli bene iudicas
se Et dictum appellantem male appellasse
ipsum in expeñ. ⁊c. ¶ Aliquando appellãs
presentat litteras aut requestam ciuilem vt
desertione et emenda releuetur. Et tunc in
clausione quando fuerunt presentate post

clausionem seu receptionez pcessus dicetur
sic post verbũ ad iudicandũ recepto. Ac de
inde pñtata curie p parte sepedicti appel-
lãtis requesta quadã ciuili vt a desertione
pdicta ⁊ emenda releuet superq̃ illa dictis
partib⁹ auditis ⁊ ad cõsilium appunctato
Quib⁹ visis ⁊ diligẽter examinatis prefa-
ta curia nra per suũ iudicii requestã pdictã
ciuilẽ interinando dictũ appellantẽ a deser
tione ⁊ emenda pdictis releuauit et releuat
Insup dictũ extitit per idẽ iudicium ⁊c. Si
aũt in clausioue pcessus requesta ciuilis vl
lre fuerint pñtate põt fieri sicut pmissum fu
blato verbo deinde. ¶ Quãq̃ post receptio
nem pcessus surrogat quo virtute lrarum
regiarũ in loco et pcessu alterius partium
tũc post verba a d iudicandũ recipit subiun
getur. Ac deinde in loco ⁊ pcessu eiusdẽ. A
appellati surrogato per curiã certarũ nraꝝ
litteraꝝ vigore magro. A. cui de dicto bñ
ficio tanq̃ vacante p ipius appellãtes resi-
gnationẽ summ⁹ pontifex puidit iunctisq̃
pcessui pluribus tam predictũ. A. appella-
tũ q̃ deinde per ipm. M. surrogatũ titulis
⁊ munimẽtis aliis oibus visis ⁊ diligenter
examinatis ⁊c. aliqñ pnunciatur super fini
bus nõ recipiendis ⁊ tũc dicit eo viso ⁊ dili
gẽter examinato p prefate curie nostre iu-
dicii dictũ fuit prelibatos. J. ⁊. A. recipiẽ-
dos vt appellãtes non esse iudicẽq̃ preliba
tum maiorẽ locũtenentẽ senescalli nri tho
losani bene iudicasse ⁊c.

¶ Quãq̃ post receptionẽ pcessus pñtat ab
aliquo littere vt surrogetur in locũ alteri⁹
partiũ ⁊ releuetur a vicio litigiosi cõtractus
tunc post verba ad iudicandu ⁊ recepto dici
põt sic ac deinde requisita per. J. certaꝝ no
strarũ litterarũ vt in pcessu ⁊ loco predicti
T. appellati a quo se ius ⁊ cessionẽ habuis-
se habere pretẽdebat surrogaret releuaret
q̃ a vicio litigiosi ꝯctus interinatiõe dictis
q̃ lris de surreptiõe ⁊ obreptiõe ⁊ iciuilita
te p dictũ. G. ipugnatis. Et sup hiis ad ꝑsi-
lium quoq; totũ pcessum iungeretur appun
ctauerat iunctoq̃ processui instrumẽto per
ipsum. J. producto omnibus visis et diligẽ-
ter examinatis prefata curia nostra dictis
litteris obtemperando prenoiatum in loco
et processu. T. surrogauit ⁊ surrogat eum a
vicio predicto litigij releuando.

¶ Quando ꝯo appellatur ⁊ interlocutoria
ad senescaliũ qui pronunciat bene appella
tum ⁊ male iudicatũ ⁊ causam retinet prin-
cipalẽ in qua tm̃ est processum q̃ snia diffi-
nitiua proferetur per ꝑmissariuz ad hocab
eodem senechalo deputatum ⁊ a dicto com
missario appellatur ad curiam per quã di-
cta sententia confirmatur et tunc sic potest
dictari arrestum. Cũ lis mota fuisset coraꝝ
iudice nostro albigesij inter sindicum eccle-
sie cathedralis albiensis impetrantẽ ⁊ acto
rem ex vna parte et. G. opponentẽ ⁊ defen-
dentem ex alia parte ratione certe quantita
tis terrarũ in iurisditione loci de salis pa-
trie albigesij situatarũ ⁊ latius in pcessu de
signatarũ quãquidem terrarum quantitatẽ
tanq̃ existeñ. de pertinentijs necnon infra
limitationes ⁊ confrõtationes mãsi de. A.
sic in prefata iurisditione de salis lati⁹ etiã
in processu predicto declaratis eodem ca-
pitulo iure directi dominij pertinẽtes ⁊ ab
eodẽ in emphiteosim perpetuam sub certis
anno censu ⁊ alijs dñationibus directis la-
tius in pcessu declaratis teneri ꝯsuete me-
morati actor iure dominij vel quasi sibi per
tinuisse et pertinere declarare prefatũq̃ de
fensorẽ earũdez terrarum detentorẽ ad eas
dem actori prelibato reddendũ et restituen
dum condẽnari petiisset coram quo tãtum
processissent partes lãdicte q̃ ipsis auditis
memoratus iudex articulis per actorem pre
libatũ in causa tradita fore respondendum
per defensorẽ antedictũ ordinasset ac dein-
de causam ⁊ partes in sede sua capitis pon
tis tanq̃ aduersariorum sicut rationis pcessu-
ras ad certã diem remisisset. A quaquidem
ordinatione dict⁹ defensor ad seneschalum
nostrũ tholosanũ appellasset ac deinde iu-
dex maior dicti seneschalli locũtenens pre-
fatum iudicem albigesij male ordinasse ⁊ di
ctos appellañ. bñ appellasse per ipius ordi
nationẽ siue sniam pnunciasset dictaz cãm
p modũ pricipalitatis retinendo in q̃ curia
partib⁹ pdictis auditis ad plenũ plibati se
neschalli locũtenẽtẽ magrz. A. ad iterpredi
ctã sniaz pferẽdo ꝑmisisset idẽq̃ cõmissari⁹
p ei⁹ diffinitiuã sniaz memoratũ. G. defen-
sorẽ a petitis p supranoiatũ actorẽ absoluis
set ipz in expeñ ꝑdẽnando a pdictisq̃ preli
bati ꝑmissarij snia supradict⁹ sindic⁹ ad pre
fatũ seneschalũ nrz eius ve locũtenentẽ seu
delegantẽ appellasset ac tandẽ partib⁹ pre-
dictis tradito iamdictũ sindicum libello ap
pellario facta noua ꝯtinente factaq̃ super
eo pro parte sindici prelibati inquesta eaq̃
publicata et in causa huiusce renunciato ⁊
concluso memorati seneschalli locũtenẽs
per eius diffinitiuam sententiam preliba-
tum commissarium male iudicasse sepedi-
ctum sindicum appellantem bene appellas
se pronunciasset: ipsiusq̃ cõmissariis sentẽ-
tiam quo ad infrascripta reformando ter-
ras inꝝ partes contentiosas sitas ⁊c. A par
te solis ortus ⁊c. confrontatas tanq̃ de
pertinentijs mansi. A. et infra eius limites
existentes prelibate ecclesie cathedralis

albiēsis sindico iure dominij seu quasi pertinuisse ⁊ primere decreuisset ⁊ declarasset dictasq; terras eidem sindico adiudicasset dictū. H. defensorē ipsaꝝ terraꝝ detentorē ad illaꝝ prelibato sindico possessionē vacuam indilate reddendā ⁊ restituendā cōdemnasset ipm a plus petitis absoluendo ⁊ neutrāq; partiū predictaꝝ in expeñ. in vtraq; istāntia factis cōdemnasset in ceteris ꝑdictis cōmissarij sniam cōfirmādo fuit ab hmōi snia p supradictū deffendentē ad nostrā parlamenti tholose curiā sedentē apellatum auditis ⁊c. processuq; ⁊c. Et visis p iudicium curie nre ⁊c. Aliqn lite non cōtestate ptes appunctank ad scribendū p modū memoriaꝝ sicut fieri solet sepenumero in curia req̄staꝝ in materia beneficiali vel siki et fertur snia in possessorio que postmodū per curiā confirmak tūc poterit sic arrestū dictari. Cum in certa causa coram dilectis ⁊ fidelib⁹ consiliariis nris gentibus requestas palacij tenentib⁹ cōmissariis in hac parte p nos deputatis inter magrm. R. actorem ⁊ conqueren. in casu nouitatis ⁊ saisine ex vna parte et. H. defendentē ⁊ opponen. ex altera rōne possessionis ⁊ saisine canonicat⁹ ⁊ prebē de Lingoneñ. ecclesie ac fructuū reuenutoꝝ eorūdē quos in eadē eccl̄ia magr. P. ipsoꝝ possessor nouissim⁹ obtinere solebat et per eius obitū vacantes in quibus possessione ⁊ saisina quelibz dictaꝝ partium mediis de causis in processu declaratis manuteneri et seruari in casu dilationis ⁊ recredentiā eoꝝ sibi fieri ⁊ adiudicari: ⁊ in eoꝝ expeñ. condēnari petebat: ⁊ requirebat tantū processum extitisset q̄ dictis partib⁹ auditis ⁊ ad eoꝝ facta ⁊ rationes p modū memorie inscript⁹ tradēda ꝓducenda ⁊ quicquid tradere ⁊ ꝓducere vellent lr̄isq; ⁊ minuētis partiū ꝑdictaꝝ traditis ⁊ ꝓductis ⁊ in iure appunctatis prefati cōsiliarij nr̄i per eoꝝ sniaꝝ dictū actorē ⁊ conquerētē in possessione ⁊ saisina dictorū canonicatuū ⁊ prebende fructuūq; ⁊ reuenutorū ac emolumentoꝝ eorūdē manutenissent ⁊ cōseruassent predicti defensores in expēsis ipsius actoꝝ ꝓdennando fuit a dicta snia ⁊c. Auditis igit ⁊c. processuq; ⁊c. ius primitus sup desertionis appellatiōis ꝑdicte p intimatis allegatis faciēdis ad iudicādū receptis eoq; vnacū certis lr̄is p dictū defensorē de nouo ꝓductis cōtradictis ⁊ saluationib⁹ per iudiciū prefate curie nre dictū fuit dictā appellationē minime desertā esse. Et nihilomin⁹ ꝑdictos cōsiliarios nr̄os bn̄ iudicasse ⁊ dictū appellātem male appellasse et emēdabit idē appellās ipm in expeñ. hmōi cause appelli ꝓdēnando ipsarū expēsaꝝ taxatione dicte nre curie reſuata.

¶ Quinq; per aliquē cōmissariū apponit in aliq; re ma⁹ regia ob quod oppositione subsequuta coram seneschalo processum fuit ad diffinitiuā aqua appellak ad parlamentū ⁊ pronunciek super desertione ⁊ meritis tunc sic fieri potest arrestū cū virtute certarū lr̄arū dilectorū ⁊ fidelū consiliariorū nr̄orū thesaurariorq; francie magr. N. cōmissarius in ea parte deputatus iurisditionē ac emolumenta ex iuribus exinde descendentib⁹ tanq; nobis pertinētib⁹ nos de eisdē resaisiendo ad manū nostrā posuisset a cde dño dicti loci. H. de dicā iurisditiōe et exerti tio eiusdē se itromitterēt. Quin ꝑmo nos ⁊ officiarios nr̄os illis vti ⁊ gaudere pmitterent inhibuisset et defendisset aduersus q̄d expletū prelibat⁹. D. vt dn̄s eiusdē loci. H. se opposuisset ⁊ ob hoc causas sue oppositionis dicturus coram seneschalo ruteneñ. adiornatus fuisset coram dicto seneschalo vel eius locuntenentē tm̄ inter ꝓcuratorē nostrum in curia dicti seneschalli actores ex vna parte. Et ꝑfatū. D. opponentē ⁊ defensorē eiusdē ꝓcuratorē ex parte altera ꝓcessum extitisset q̄ dictis partibus ad plenū hincinde auditis ⁊ ad sniaꝝ appūctatis iudex maior dicte seneschalie ⁊ seneschalli prefati locuntenens p suaꝝ sniam ꝓnunciasset declarasset predictā manū nostrā ac quodcunq; impedimentū in ꝑdicta iurisditione loci de. H. vq; ad nouē terminos ad ꝑdictū defendentē in suis ꝓprijs feudis spectantē appositam tollendā ⁊ amouendā esse: ac illaꝝ sustulisset ⁊ amouisset fuit a dicta snia p prefatum ꝓcuratorē nostrū ad nos ⁊ nr̄am parlamenti tholose curiā appellatū auditis in dicta curia nr̄a ꝓtibus vcz ꝓcuratorē nostrū generalē appellantē ex vna ⁊ supranoiato. D. vel eius ꝓcuratore appellato ex alia partibus in cā appellationis ꝑdicte processumq; ex eisdē actis an bene vel male fuerit appellatum saluo iure primitus faciendo sup eo q̄ dict⁹ appellatus prefatā appellationem infra tēpus debitū non reclinasset nec exeqū fecisset ⁊ ob hoc appellationē ꝑdictā desertam esse dicebat ad iudicandū recepto eoꝝ so ⁊ diligenter examinato p iudiciū prefate curie nr̄e dictū extitit appellationē ꝑdictā desertā esse dictūq; seneschalū bene iudicasse ⁊ prelibatū appellantē male appellasse.

¶ Quinq; in receptione ꝓcessus p pte tertij alicuius pn̄tank lr̄e in integrū restitutiōis tangētes materiā principalē q̄ fuit coraꝝ seneschalo inchoata sup reuocatione alienationis rei ꝓtentiose ⁊ tunc sic ꝓcipi poterit arrestū. Cū nobis expositum ex parte. W. fuisset magrm. N. circa vite sue extrema. H. in tali fundo heredē istituisse adiecisset tū

vt in familiaꝝ in posteritate inaltenabiliter remaneret sed neominus post dicti testatoris decessum. W. māsum predicta necessitate cessante. S. alienasse extra familiam testatoris. Idcirco prelibatū. W. in gradu generis ⁊ parentele proximiorem requisiuisse ⁊ interpellasse sepenumero emēdam. S. vt eidem redderet ⁊ restitueret res alienatas hmōi quod. H. id facere renuerat atq; renuebat indebite ⁊ iniuste quare super hoc sibi idem. W. de cōdecenti iusticie remedio sibi prouidere deposcebāt tm̄q; exinde per nos in ea parte eis concesse prouisiōis litteraꝝ virtute coram seneschalo nostro Tholose aut eius locūteneñ. cui dirigebatur littere hmōi inter predictos. W. impetrātem ⁊ actorem petētem ⁊ requirētem ex premissis alienationem predictā tanq; nullā de iure cōtraq; testatoris predicti volūtatem factā ⁊ extortā cassari reuocari ⁊ annullari cassamq; nullam pronūciari: ⁊ ex cōsequenti ad eidē actori mansum. N. cum suis pertinentiis oibus reddendis ⁊ deserendis partem aduersam rerum ipsaꝝ detentarricē talem cōdemnari cum expeñ. ex vna. ⁊ prenominato. H. opponēte ⁊ defendēte se ⁊c. quas deducebat causis mediis ⁊ rationibus ab impetitis ex aduerso absolui cum expensaꝝ cōdemnatione postulāre ex alia partibus processum q̄ eis ad plenum hincinde auditis certus ad vniuersitatem causaꝝ curie seneschalli predicti cōmissarius per suam sententiam (inseratur sententia) ⁊c. A quaquidem snia ad nos et nostram curiam parlamenti Tholose sedentem appellasset dictus actor ac deinde inibi ex parte dicti appellañ. ⁊ ecōtrario. H. predicti vt appellatus in causa appellationis predicte coram dicto seneschalo aut eius locūteneñ. actis cōclusissent a nobis autem seu cācellaria nr̄a per. T. vt ipse adhuc. xxv. annisminor ⁊c. (inserank dispositiuaꝝ ꝓclo lr̄aꝝ ꝑdictaꝝ ꝓclone petitōis adiecto i fine petitōis ꝗba cōclusisset) p pte ꝗo ipsi⁹. H. defensoris ꝓpositū fuisset ⁊c. (inserāk defensiones ⁊ subiūgak cōclusio ipsis que pōt esse talis.) Petebat idcirco petēdo ipse idē defensor dictū talē actorē recipiēdū nō fore dici ⁊ pnūciari nō habere ius in ꝑdictis actorem saltem nō habere debere ⁊ ab eius impetione eūdem. H. absolui cum expeñ. sup quibus oibus ⁊ singulis alijs que p partes oēs antedicte deducere ⁊ allegare concludereq; voluerunt hincinde auditis ad plenū partibus eisdem prelibati seneschalli eiusue locūteneñ. seu cōmissi ꝓcessus antedict⁹ ex quibus supra actis an bene vl male extitisset appellatū receptus ad iudicandum. In causis vero seu instātijs alijs pretactis partes ipse successiue ad quicquid vellent penes curiaꝝ ponēdum ⁊ ad cōsilium appūctate fuerunt. Tandem processu eodem necnō litteris explectis ꝓcessibus instrumētis ⁊ muninētis alijs vnacum litigatis ⁊ appūctamētis causaꝝ hmōi in dicta curia nostra factis penes eam per partes vltrocitroq; positis ⁊ ꝑductis matura cum deliberatione consideratisq; ⁊ attentis omnibus que curiam in hac parte mouere poterant. ⁊ debebant per prefatum curie nostre arrestum dictum fuit seneschalum Tholosanum prelibatum seu eiꝰ locunteneñ. vel cōmissarium bene iudicasse ⁊ supradictū. W. appellañ. male appellasse eum in cause appelli expeñ. illarum taratione dicte nostre reseruata condēnādo. Tāgēdo ꝗo materiā principalē nūc inserak arrestū si q̄d fundek super litigatione predicta.

¶ Sepenumero quando fit executio virtute litterarum iudicis pui sigilli ⁊ oppositio subsequuta coram eo tm̄ ꝓcedetur q̄ p ipsi⁹ sententiam executio predicta reuocatur: a quo ad seneschalum appellatur qui sententiam predictā infirmat executionem confirmando potest sic arrestum fieri. Cum exposito nostri parui sigilli mōtispesulent viribus clamore contra bona. P. de summa centum libraꝝ turoneñ. per. H. seu ex parte eiusdem vigore cōtentoꝝ in quodam publico instrumento viribus dicti parui sigilli confecto p mgrm. N. notarū regiū tholose sub āno ⁊c. sumpto ⁊ retēto obtētisq; per antedictum H. a magistro Johāne dicti parui sigilli custodis nostri locūteneñ. supradict⁹ clamor decimeq; regie ⁊ expeñ. eiusdez: ac ꝓpter firmatā aduersus executionē illaꝝ p Petrum baractius mercatorē opponētem eidē petr⁹ coram iudice nr̄o parui sigilli predicti ac sue causas oppositiōis dicēdū assignato prefatus iudex ꝓtibus ipsis auditis p suā sniam dictā executionē male fuisse inceptā illāq; fore reuocādū ꝓnunciasset ⁊ declarasset ipsamq; reuocasset prelibatū actorē in expeñ. cause hmōi cōdēnādo a ꝑdictaq; snia p prefatū. H. ad seneschalū nr̄m bellicadri fuisset appellatū ac deinde coram eodem seneschalo aut eius locūteneñ. tm̄ inter ꝓtes ꝑdictas processum extitisset q̄ ipm i eadē causa appellatiōis iudex maior dicte seneschalie prefati seneschalli locūteñ. ex coram eo nouiter actis deductis ⁊ ꝓbatis p suā sniam memoratum iudicē pui sigilli male pnūciasse ⁊ ordinasse ⁊ supranoiatū. H. appellātē bene appelasse prelibatiq; iudicis sniaꝝ reformādo (inserak snia subiūctis ꝗbis sequētibus in fine pnūciasset ⁊ declarasset) fuit ab hmōi sentētia ad nos ⁊c. audito igit ⁊c. ꝓcessuq; an bene vel male foret appellatū ex eisdē actis saluo

ure premitus faciendo super allegata p ap
pellatum de desertione necnō litteris nr̃is
a nobis seu cācellaria nostra per memoratū
appellātē obtētis ⁊ a desertīōe predicta re
leuaretur eidem curie nostre p interinando
pñtatis ad iudicādū recepto ⁊ viso ⁊c. Pre
fata curia nostra p suum iudicium dictis lit
teris obtēperādo appellātem a deserttone ⁊
emenda releuauit ⁊ releuat dictū insup fuit
partem iudicium prefatum iudicem maio
rem seneschali prelibati locuntenentē bene
iudicasse ⁊c.

¶ Quandoq; appellans admittit̃ ad pban
dum facta noua cōtenta in libello suo appel
lario ⁊ interea datur pulsio appellato tūc
sic poterit concipi arrestum. Cum in certa
causa in nostra parlamenti curia Tholose
sedente inter. H. a seneschalo nostro tholo
sano aut eius locunteneñ. appellāte ex vna
parte. Et paulum rogādi appellatū ex alia
partibus ratione in q̄ tum tāgebat atq; tan
git principale matrimonium contractū per
W. auum suum quondam cōstitutoꝫ latius
hoc passata instrumento dotate specificatis
⁊ delignatis mota ⁊ vertente tm̄ pcessissent
partes iamdicte q̄ eis in causa hmōi appel
lationis auditis pcessusq; an bene vel male
extitisset appellatū iuncto libello appella
torio dicti appellāt̃ p modū nullitatū facto
rum nouoꝫ ⁊ rōnum iuris traditis receptis
ad iudicādum fuerit tādem pcessu viso ma
tura cum deliberatīōe dictoq; appellāti ad
in eiꝰ libello hmōi pretēta facta pbādū ⁊ pre
libato appellato ad si vellet tradēdum ⁊ p
bādū facta in cōtrariū: ad hoc dictis parti
bus certū terminum prefigendo admisit pre
fata curia nostra q̄ interea inseratur dicta
prouisio subiūctis verbis in fine sequeñ. or
dinauit atq; ordinat expeñ. omnes in diffi
nitiua reseruando.

¶ Aliquādo appellatur a duabus sentētiis
iudicis ordinarij ad seneschalum q̄ pcessi
bus iūctis vna sententia partium cōfirmat
iudicium dicti iudicis ⁊ dicti seneschali sen
tentia p curiā parlamenti ad quā fuit appel
latū cōfirmatur poterit sic arrestū fieri. Cū
a sentētiis duabus iudicis nostri ordinarij
tholose ad. S. vtilitatem ⁊ alia. L. actores
seorsum cuiuslibet prose vtilitatē cōtra. R.
defendeñ. latis p quaꝫ vnā dictus iudex ⁊c.
cōdēnauerat per alterā vo sniaꝫ hmōi sepe
ditū. R. defensorē cōdēnauerat similiter ⁊c.
(inserātur predicte sentētie) ⁊ sub inserātur
verba sequētia. Ad senescalū nostrū tholo
sanum prenoiatus. R. defensor appellasset
coram quo seneschalo aut eius locateneñ. tm̄
inde extitisset ptes inter predictas pcessuz
q̄ eis in causa appellationis seu appellatio
num hmōi cōditis seneschali prelibati locū
tenēs per suam sniam causaꝫ ambaꝫ sepedi
ctaꝫ simul iunctis male per dictum. R. ap
latum iudicatū addendo eius snie q̄ dictus
R. inseratur qd̄ additur subiunctis verbis
sequeñ. in hijs sententias a quibus appella
tum extiterat infirmādo in alijs vo confir
mādo neutrāq; partē in expeñ. vtriusq; snie
⁊ ex causa cōdemnasset fuit ad nos ⁊c. audi
tis ⁊c. processu ⁊c. iuncto libello ⁊c. Omni
bus visis ⁊ diligenter examinatis repertoq;
in processu nullitatis minusq; in dicto libel
lo appellatorio facta noua admissibilia ali
que non erant per prefate curie nostre iudi
cium dictum fuit locuntenentem prelibati
seneschali tholosanum bene iudicasse ⁊c.

¶ Quando inhibitiones facte vigore litte
rarum super instrumenti cācellatione tollū
tur ⁊ obtemperando requeste opponentis
impetrans condemnatur in summa princi
pali vnacum expeñ. ⁊ per arrestum predicta
sententia confirmatur dicto iure super nulli
tatibus ⁊ factis nonis in libello ⁊c.

¶ Cum virtute certaꝫ litteraꝫ a seneschā
lo nr̃o tholose p pte. T. obtētaꝫ certus ser
uiēs nr̃ Jaco. instrumētū quoddā. anno dñi
⁊c. passato cuiꝰ tenore pfata lit. scōtestatīōe
(ibat substātialia istrumēti subiūcta sequeñ.
ablatis) illudq; nullum ⁊ inefficaꝫ declarari
visurā ⁊ facturā vlterius sicut rōnis coram se
neschalo pfato aut eiꝰ locūteneñ. ad certaꝫ
diē adiornasset dicte adiornate ne interim
dilatione pendente eadem aliquid in dicti
impetrātis preiudicium faceret seu attēta
ret sub viginti quinq; marchaꝫ argenti pe
na. inhibendo ⁊ defendendo coram quo sene
schalo vel eius locūteneñ. tm̄ ibidē pcessis
sent partes iamdicte q̄ eis tam circa pmissa
q̄ super eo q̄ dictus Jaco. per quādam suā
requestam ⁊c. (inseratur petitio) q̄ adior
namentum facit de summa principali audi
tis iudex non maior tholose dicti seneschā
li locuntenens per sententiam suam antedi
ctas sustulisset inhibitiones requestam ve
ro pretactam dicti Jaco. interinando dictā
T. impetrātem ⁊c. (inseratur cōditio subiū
cto verbo cōdēnasset) ⁊c. omnibus visis ⁊c.
vt in precedenti.

¶ Quando appellatur ab executore arresti
⁊ postea in causa appellationis comparet
tertius se opponens aduersus executorem
predictā ⁊ per fines non recipiendum repel
litur opponens ⁊ processura commissarij cō
firmat. Cū certi nr̃e curie parlamēti tholo
se sedentes ad. R. vtilitatē ptra. L. penulti
ma die ⁊c. dati arresti cōfirmatorij eiusdem
snie p quā locūteñ. iudicis nr̃i appellationū
causaꝫ ciuiliū tholose in ea pte cōmissarius

iamdictus ad certum terminum (inseratur
sententia litteraꝫ ac executio) arresti predi
cti virtute dilectus ⁊ fidelis consiliariꝰ no
ster in curia predicta Jo. commissarius ad
hmōi arrestum seu iudicatus executioni de
mādandum ad prefati. R. requestam depu
tatus apud locū predictuz de. H. si ꝓpterea
conferens vocatis ⁊ constitutis coram eo par
tibus auditis ac facta prenominati. L. re
quirentis de rebus ⁊ locis contentiosis ve
nit sibiq; pluribus ad eius habendū consiliū
dilationibus cōcessis ac neominus illis pre
teritis aliam sibi dari adhuc ad idem requi
rentem adijciendo postremo se consentire
dicti arresti executioni faciendo in. H. pro
uiso q̄ sepedictus. R. de rebus eiusdem in
uestitus ab eodem. A. eiq; sensus cum eorū
debitis arreragijs reparationibusq; ⁊ omni
bus alijs passis factis ⁊ solutis per. A. ipis
vt dicebat soluere dictoq; R. se ad hoc ne
quaq; tenere sententie ⁊ arresti predicti in
spectis tenoribus in contrarium allegatis
eisq; sup hijs ⁊ alijs que deducere voluerūt
partes ipse antedicte hincinde memoratus
magister Jo. cōmissarius per eius ordina
tionem inseratur ordinatio ⁊ executio com
missarij deinde fuit ad nos ad dictam curiā
parlamenti a pretactis cōmissario eiusq; p
cessura ⁊ explectis in ea parte factis p par
te dicte. A. appellatū cōstitutis aūt in dicta
curia nostra partibus eisdem scz. A. appel
lante ex vna. Et dicto. R. intimato ⁊ acto
re in materia executionis arresti predicti ex
altera necnō. S. apponente ⁊ defendente ex
alia partibus seu dictaꝫ partium procura
toribus iamdictus appellans ⁊ intimatus
pertinenter vtrinq; ex commissario prefato
actis in causa hmōi appelli concluserunt qd̄
faciendo per prelibatum. R. arrestum supra
dictū opponētis prelibati: oppōne non ob
stante sortiri effectum ac executioni plena
rie demandari petitum extitit: ⁊ requisitum
dictus autem opponens sue oppositionis
causas scriptotenus tradidisset (inserantur
cum eoꝫ conclusione aduersarij ⁊ si sint du
plices dicat dicto opponeñ. alia duplicādo
allegātē ⁊ sicut supra cōcludēdo) eādem di
ctis ptibus in oibus que circa pmissa dedu
cere ⁊ reqrere voluerūt hincinde in dicta cu
ria ad plenū auditis. Et quatinꝰ cōtinebāt
appellationē antedictā: pcessu ex quibꝰ sup
actis an bene vel male extitisset appellatū
adiudicādū recepto: saluis quibusdā p pte
dicti appellañ. allegationibꝰ nullitatibus.
Quo aūt ad alia ad penes curiā q̄cq̄d ptes
vellēt ponēdū ⁊ ad psilū appūctādū arresto
igit̃ pdictovnacū pfati Jo. pcessu necnō lit
teris pcessibꝰ explect̃ munimētis ptactisq;
causis oppositionis ac litigationis ⁊ appū
ctamentis in causa seu causis hmōi factis
alijsq; penes curiam per partes vltro citro
q; positis ⁊ productis ac consideratis ⁊ at
tentis omnibꝰ que curiam in hac parte mo
uere poterant et debebant repertoq; q̄ in
processu aliqua non erat nullitas p prefate
curie nostre iudicium dictum fuit sepedictū
S. non esse vt opponentem recipiendū. nec
non prelibatum consiliarium nostrum ma
gistrum Jo. bene processisse: ordinasse ⁊ ex
plectasse: et q̄ emendabit appellans ipsum
in cause appelli expeñ. illarū taxatione dic
te curie nostre reseruata condemnando.

¶ Aliquando dicitur in arresto q̄ non ob
stantibꝰ oppositionibus arrestū executioni
demandabitur ⁊ tunc premitti potest deci
sio processus ⁊ postea subiungi poterit.

¶ Respectu vero causarum oppositiōis an
tedictarum dictum fuit per qd̄ supra iudi
cium q̄ illis non obstañ. arresti pdicti execu
tio in bonis ⁊ hereditate super quibus op
positionis prelibatus se opposuit inchoa
ta continuabitur ⁊ perficietur saluis ⁊ reser
uatis eidem opponenti per eum pretensis
et allegatis reparationibꝰ ⁊ meliorationi
bus talibus sicut rationis erit absq; expen
sis ⁊ ex causa. Quandoq; cōmissarius post
renuodiū per eum factum ⁊ curia ⁊ per cu
riam ipsiꝰ remissione ac retentiōe facta nō
obstañ. remittitur totum commissario qui a
dicto loco debatoꝫ pcedere ⁊c. Et in casu
appellationis verbotenus litigata superue
nit aliquis opponens: et pronunciatur op
ponentem non esse recipiendum ⁊ bene p
cessum per commissarium sic poterit fieri ar
restū. Cum circa certi curie parlamenti tho
lose studente inter. S. conquerentem ⁊ acto
rē in casu saisine ⁊ nouitatis ex vna. Et. D.
defendentem et opponentem ex altera seu
alijs partibus die. xx. ⁊c. Lati arresti serie
cuius curia parlamēti inter cetera prefatū.
S. in possessione ⁊c. manutenuerat ⁊ cōser
uauerat executionem per dilectum. W. pro
cessu ac certos actus. Ac deinde sibi q̄ eius
processum cum partibus dicte curie renuo
diauerat processu eodem in statu remisso
cum dictis partibus ad vlteriora predicte i
choate executionis processuro sicut ratio
nis per dictam curiam nostram retentione
facta. Non obstante ⁊ ob hoc per eum coram
ipso apud loca debati ad prenominati. Si
prosequentis pro se executionē predictam
continuari ⁊ perfici requestam iudicio. D.
defendente vocato factaq; per commissa
rium ipsum de bonis et rebus infra proxi
mo descriptis: et specificatis estimatione
et eualuatione prefatus noster consilia-

rius per suam ordinationem ꝛc. assignasset
ꝛ appũctasset ꝛc. fuit ad nos ꝛc. ꝛ nostram
parlamenti curiã Tholose sedeñ. appella-
tum ab ordinatione seu sententia explectis
ꝛ processuris hmõi dicti W. cõmissarij pro
parte supradicti D. appellatuꝫ in qua qui-
dem curia nostra cõstitutis partibus ante-
dictis eodem scꝫ de appellãte ex vna parte ꝛ
prefato S. intimato actoreq̃ i materia ex-
cutionis arresti predicti ex alia: necnõ L.
opponeñ. ꝛ defendeñ. ex altera partib⁹ seu
dictaꝫ partium ꝓcuratoribus pro ipsis pro
parte dicti appellãtes q̃ ꝛc. assignauerat re-
quisiuerat ꝛc. alsq̃ in plurib⁹ grauauerat ap
pellãtem sepedictũ. Qui ꝓpterea ab eodem
cõmissario suisq̃ processuris ꝛ explectis se
gesserat ꝓ appellãte ac alia quedam dedu-
cta fuere ex eis nulliter seu saltim male pro
cessum ꝛ explectatum fuisse ac bene ꝑ dictũ
appellãtem appellatum dici ꝛ ꝑnunciari cũ
expensaꝫ condemnatione postulando eodẽ
vero intimato pro suis defensionibus in pre
libati cõmissarij processu cõtenta in effectu
deducens cõtrarium sumpsit ꝛ recepit con-
clusionem ꝛ supradictus prenoiatus L. op-
ponens tangẽdo idẽ L. opponens dicte op
positionis scriptotenus tradidit causas ꝑ
quas dicebat ꝛc. Et ideo concludendo pete
bat ꝛ requirebat dictus opponens dici ꝛ ꝑ-
nunciari ꝛc. eodem S. q̃ bona predicta ꝛc.
apparebat ac alia replicando deducente q̃
pars aduersa recipienda vt opponens non
veniebat saltim q̃ si ad malam ꝛc. Tandem
auditis partibus in omnibus ꝛ singulis que
tam oppositionem q̃ appellationem antedi
ctas tangendo deducere ꝛ requirere volue-
runt hincinde auditis in dicta curia nostra
ꝛ ad penes eam quicquid vellent ponenduꝫ
ꝛ ad consilium appunctatis ꝛ dictis causis
oppositionum ac litigatis ceterisq̃ partiũ
alisq̃ per eos penes curiam ipsam traditis
ꝛ productis consideratisq̃ ꝛ actentis omni-
bus que curiam in hac parte mouere pote-
rant ꝛ debebant per prefate curie nostre iu-
dicium dictum fuit sepedictum. L. opponen
tem non esse vt opponẽs recipiẽdus necnõ
prelibatum consiliarium magistrum. W. be
ne processisse ꝛ dictum appellantem male
appellasse eum ab expeñ. ꝛ emenda releuan
do ꝛ ex causa.

¶ Aliquando appellatur commissario exe
cutore duorum arrestorum cuius processus
confirmatur cum emenda ꝛ expeñ. ꝛ tũc sic
fieri poterit arrestum. Cum latis duob⁹ ar-
restis per curiam nostram parlamenti tho-
lose sedeñ. vno inter. L. ex vna ꝛ. L. ex alia
partibus cuius serie ꝛc. (inseratur tenor ar-
resti ꝛc.) altero autem. A. ex vna. Et prelibatum. B. ex alia ac prenominatum. L. ex altera partibus per quod scõm dicta curia nostra parlamenti ꝛc. inseratur tenor dicti secundi arresti ipsisq̃ ꝑ parte prefati. l. et a inq̃tum quemlibet concernebat et concernit pro exequendo dilecto et fideli consiliario nostro in nostra curia predicta magistro Petro de monte commissario in ea parte ꝓsentatis ac ꝑ eum qui se propterea apud loca. A. facta seuq̃ inchoata dictorum locorum et terrarum visitatione consiliarius noster prefatus commissarius ꝛc. (iferatur eiꝰ ordinatio) et assignasset ꝛc. fuit ad nos ꝛc. a prefato de monte commissario eiusq̃ ordinatione et processura huiusmodi pro parte sepenominati. B. appellatum. Auditis igitur ꝛc. processuq̃ ꝛc. ac iunctis eidem litteris instrumentis munimẽtis traditis vtrinq̃ per partes omnibus visis et diligẽter examinatis per nostre curie iudicium dictum fuit prelibatum cõsiliarium nostrum magistrum. p. dau. commissarium bene processisse expletasse et ordinasse. Et dictum. B. male appellasse ꝛ q̃ emendabit eum in causa appelli huius expeñ. illarum taxatiõe dicte curie nostre reseruata.

¶ Quandoq̃ commissarius remittit processum suum curie et processu suo recepto ꝛ eius audita relatione feretur arrestum q̃ sic concipi potest.

¶ Idem dicendum si fiat iudicium mixtum et hec vera sunt siue fiat iudiciu pro actore siue pro reo siue partim pro vtroq siue fiat iudicium super contractibus vel casu siue exceptionib⁹ vel delictis in iudiciu hoc saluo q facilius et magis succincte debet transire reportata in factentib⁹ pro parte illius qui obtinet q̄ ex alia parte: quia pro illo qui succumbit si non tangit media que videntur necessaria ad conclusionem intendit posset habere materia conquerendi q omnia proposita per ipsum visa non fuissent sed ille obtinuit q iudicium curie non conqueretur de ipso arresto.

¶ Caueat autem reportator q in conclusione ipsius arresti nō exprimat aliquam causam: sed simpliciter loquatur sicut predictum est sic.

¶ Lite mota inter tales et tales ⁊c. Super eo q inter cetera ⁊c. Quare petebat ⁊c. Econtrario ex parte talis fuit ad fui defensionem propositu ⁊c. Ad finem ⁊c. facta igitur inquesta et ad iudicandum auditis partibus p curiam admissa ipsa visa diligenter per iudicem dictum curie dictu fuit q talis remanebit in possessione sua et amouebitur ⁊c. prout dictū fuit per iudicium curie Hec similiter debet reperiri hoc vel hoc probatum est.

¶ Item dicendu est in materia excessuū facta videlicet narratione excessuum: vel delictorum omnium propositorum siue omnia sint probata contra reum siue p parte solum et nihil omnino probetur de defensionibus rei siue aliqua sint pro probata ex parte ipsius que tollūtur per probationem contra reum et proposita in

Hayk Mnatsakanyan Public Library
ՀԱՅԿ ՄՆԱՑԱԿԱՆՅԱՆ ԱՆՎԱՆ ՀԱՆՐԱՅԻՆ ԳՐԱԴԱՐԱՆ

preuēcione siue in articulis propositis cō
tra ipsum reuz vnde deberent poni in nar
ratione arresti excessus omnes si sint plu
res propositi z omnes defensiones si sint
plures z diuerse tāgētes excessus cōtētos
in articulis si sint oēs ꝓbati excessus z ni
hil sufficiens est ꝓ reo probatū ad finē q
si als conuentatur. Ipse reus super predi
ctis excessib⁹ se iuuare posset ꝑdicta sen
tentia siue arresto opponendo q̄ comunt
ter de eodem delicto bis puniri nō debet.
Et potest incipere arrestum domini simo
de secundū q̄ preuentiones et articuli tra
diti sunt ex officio vel ad denunciationem
partis. et facta narratione sequitur circa
finem arresti.

¶ Facta igitur inquesta super predictis
excessibus z auditis partibus in curia no
stra ad iudicandum admissa: ipsa visa dili
genter. Curia condemnauit talem in tan
tum z c. Hec est necesse neq̄ tutum pone
re sic q̄ probatum est hoc vel hoc z c.

¶ Si autem excessus pro parte proba
ti sunt vel etiam omnes. sed reus probat
sufficienter quo ad dictos excessus suas
defensiones. Quidam voluit dicere q̄ so
lutiones excessus poni debent in narra
tione ad fines q̄ reus condemnetur ꝓ pro
batis et pro alijs absolnatur non proba
tis: et tunc debent dicere in fine arresti sic
visis diligenter hincinde probatiōib⁹ z c.

¶ Item quandoq̄ est inquisitum contra
plures et omnes sunt in vna condemna
tione. Et tunc dicitur in fine arresti visis
probatis hincinde. Curia condēnauit ta
lem in tantum z c. et talem in tantum z c.

¶ Si aūt alij sunt absoluēdi: tunc debet
dici in fine. Curia ꝗo tales ab eisdem im
posuit absoluit z c.

¶ Item quandoq̄ est inquisitum ꝑ par
te agente contra vnum super pluribus ex
cessibus. Et tunc in fine debet nominari
probari excessus ad finem q̄ in ceteris ab
soluatur reus et condemnetur actor in ex
pensis pro non probatis compensatione
facta cum expensis factis occasione pro
batorum.

¶ Quandoq̄ traditi sunt articuli coram
commissarijs per curiā deputatis: z tunc
sic debet incipi arrestum.

¶ Cum cōtra certis commissarijs per cu
riam nostram adinfra scripta deputatis
talis proposuisset q̄ z c. quare petebat z c.
Fuit per talem ad sui defensionem propo
situm z c. quare z c. facta igitur inquesta su
per commissarijs z ipsa ad nostrā curiam
remissa auditis partibus ad iudicandam
admissa per iudicium curie z c. Et talis cō
missio frequēter fit tam inter priuatos cū
inquiritur de contractu et etiam quādoq̄
cum inquiritur de excessibus.

¶ Quandoq̄ arrestum habetur fieri su
per marchijs siue represaliis concedendis: et tunc incipi debet arrestum prout
continetur in supplicatione partis peten
tis dictam marcham seu in littera regia
et requirendo relatores et in qua contine
tur supplicatio conquerentis sic.

¶ Cum per talem nobis fuisset grauiter
conquerendo monstratum q̄ tales z c. de
robauerunt z c. Et cum ad requestam sup
plicantis mandassemus senescalo nostro
N. q̄ requireret seu requiri faceret per
dictos tales z c. Et dicti tales responde
re neglexerunt dictoq̄ toto processu ad
curiam nostrā reportato. Noviso z c. pre
dicta curia nostra predictam marcham
esse concedendam decreuit et concessit
eandem.

¶ Quandoq̄ proponuntur errores con
tra arrestum: et tunc sic poterit ordinari
breuissime. Cum quodam arresto lato ad
vtilitatem talis contra talem predictum
talis de gratia eidem per nos cōcessa cer
tos proposuisset errores z c. reuiso z c. pro
cessu per curiam nostram dictum fuit in
dicto processu nullos interuenisse seu re
pertos fuisse errores condemnauitq̄ pre
dicta curia nostra predictum talem in sex
viginti libras parisis. pro emēda nobis sol
uenda in qua se obligauerat si in dicto ar
resto nulle reperirentur correcti.

¶ Item reportator maxime non exper
tus ter debet arrestum facere primum ar
restum debet extrahere ab articulis et ni
hil omittere ꝓm arrestum habet extrahe
re ex primo et reijcere superflua ad con
clusionem et illud arrestum habet stude
re et videre si verba placita in narratio
ne sint posita. Et etiā in eo quod dicitur
in conclusione arresti possit ponere breui
ter nihil omittendo de substantialibus z
pro posse sequatur verba articulorum et
sententiarum a quibus est appellatuz ad
curiam prout iacent transferēdo seu trās
mittendo galicum si est necesse in latinuz
seruando verba assueta poni in arresto cu
rie et planum latinum et grossum pro lai
cis amicum z propinquuz verbis galicis
in articulis predictis et sentētijs positis
et ordinando verba arresti quādoq̄ abla
tis absolutis q̄ndoq̄ sub gerūdiuo q̄ñq̄

sub verbis tertie persone z citius q̄ pote
rit transeat ad prediuz quia illa est via
plana et in qua fuit constructio suspensi
ua. Quam suspensionē debet q̄tum pōt
euitare quia suspensiue locutiones com
muniter obscure consueuerunt esse z istud
erit tertium arrestum qd̄ legetur in pñtia
dominoz ex scdo sententiatum.

¶ Qualiter autem habeat cito exire de
oratione suspensiua posset poni exēplum
tale. Cum in nostra curia lite mota inter
tales z c. Talis z c. ꝓposuisset z c. et pro
cedere debet reportata per viam planaz
et debet continere vsq̄ in finem arresti z
ornate loqui debet pro posse prout mate
ria requirit. Item in q̄tum poterit debet
euitare concursum verborum similiuz di
ctionum et syllabarū z ne similia verba in
idem sonantia ponat seu tumbantias ne
renuare videatur et verba sillabas et di
ctiones superfluas possetenus reijciat
et euitet.

¶ Item quandoq̄ contingit per partem
vnam ꝓponuntur rationes coram cōmis
sarijs ad fines q̄ non possit procedere in
inquesta: tunc recepto processu per curiā
ad iudicandum ad finem debitum vel em
simpliciter tunc sic poterit arrestum ordi
nari. Lite mota z c. inter tales z c. super
eo q̄ z c. quare petebat z c. Datis igitur
certis commissarijs per nostram curiam
coram ipsos fuerunt per talem tales z ta
les rationes proposite ad finem seu fines
q̄ non possent procedere z quicquid face
rent tanq̄ nullum reuocari deberet. Qui
bus rationibus z suis protestationib⁹ re
seruatis dicte parti per dictos commis
sarios idem commissarij ad inquestam fa
ciendam processerunt quia inquesta vna
cum dictis rationibus auditis partibus
per eandem curiam ad finem debitū ad iu
dicandum admissa visis rationibus pre
dictis per iudicem dicte curie nostre di
ctum fuit dictam inquestaz rite factā pre
dictis rationibus non obstantibus visa
igitur dicta inquesta diligenter z c. per iu
dicium z c. vel tacite sic loqui potest. visa
igitur inquesta z auditis partibus z c. Sz
primum tutius esse videtur.

¶ Quandoq̄ tradite sunt reprobatiōes
testium et tunc sic ordinari potest arrestū
¶ Lite mota in curia nostra z c. sicut su
pra latius exemplificatum est z sequitur
in fine ipsa inquesta auditis partibus ad
iudicandum admissa visis reprobationi
bus hincinde traditis attento q̄ ipsa in
questa absq̄ hoc q̄ alia fiat inquesta visa
diligenter per iudiciuz curie nostre dictū
fuit z c. vel vt latius supra tactum est.

¶ Item quandoq̄ actor probat intentio
nem suam per confessionem z tunc sic fie
ri potest arrestum. Mota lite z c. sequitur
in fine auditis igitur partibus z c. Et di
cto processu ad finez debitum amisso vel
sic ad finem iudicandi ipso viso diligēter
attentus inter cetera ꝓfessionibus talis
partis per iudicium curie nostre dictum
fuit z c. vel potest tacere causa et dici viso
diligenter toto processu per iudicium cu
rie dictum fuit dictū processum esse in sta
tu iudicandi vel sic attento q̄ processum
est in statu iudicandi ipso viso diligenter
per curie nostre iudicium dictū fuit z c.

¶ Quandoq̄ fit arrestum super remissio
nibus z hoc tripliciterq̄ aut est litigatuz
in curia super remissione ad curiam alicu
ius iudicis inferioris facienda et tunc sic
fit arrestū. ¶ Cū in certa causa pendente
in curia nostra inter talem z talem z c. ra
tione talis rei z c. remissionem fieri z era
men clericus iudicis z c. Et ibidem causaz
terminari petisset ecōtra ꝗo talis petierit
causam in eadem curia nostra remanere
vel retineri z c. plures ratiōes ad hoc ꝓ
ponente. Tandem inquesta super hincin
de propositis facta et ipsa partibus audi
tis ad iudicandū admissa ipsa visa diligē
ter per dicte curie nostre iudicium dictū
fuit remissionem dicte cause esse facien
dam ad examen dicti iudicis z eand ēre
misit vel remissionem non esse faciendaz
decreuit et dictam causam penes se reti
nuit z poni debet q̄ fieri debet per partes
scdm statum cause. Si autem non eēt in
questa facta tunc diceretur visis et consi
deratis hincinde ꝓpositis et productis
curia nostra decreuit vt supra z c.

¶ Quandoq̄ fit remissio ad iudicē a quo
est male appellatum tūc fit breue arrestū
sic vt latius supra monstratum est.

¶ Cum a quadam sententia lata per ta
lem iudicem ꝑ tali contra talem super ta
li re per quē z c. fuisset ad nostrā parlamē
ti curiam appellatum auditis dictis par
tibus in causa appellationis predicte ꝓ
cessuq̄ z c. per iudicium curie nostre dictū
fuit prelibatum iudicem bene iudicasse et
talem appellantē male appellasse z emē
dabit appellationem remisitq̄ curia cau
sam in statu in quo est ad examen iudicis
antedicti dicitur in fine arresti dictū fuit
talē iudicem male iudicasse z talem bene
appellasse retinuitq̄ predicta curia dictā
causam in qua partes facta sua facient z
fiet eius ius vel dicetur ꝓm q̄ causa requi
ret proceddi vlterius.

Hayk Demirchyan Library of Oriental Studies
ՀԱՅԿ ԴԵՄԻՐՉՅԱՆ ԱՐԵՎԵԼԵՑԻ ԱՆՎԱՆ ԱՐԵՎԱԳԻՏԱԿԱՆ ԳՐԱԴԱՐԱՆ

¶ Aliquando fertur arrestum inter non subditos regis super infractione salue gardie que non est probata et fit remissio per curiam coram suo ordinario tunc sic fieri poterit arrrestum.

¶ Quz i nra curia fuisset p pcuratorēnz inter cetera propositū q ꝛc. super quib⁹ fuerunt datt certi commissarij ꝛ c. prout in alijs arrestis. Et sequitur in fine vso igitur toto processu diligēter quia fuit repertum dictam saluāgardiam esse sufficiēter probatam vel si fuit probata sed nō intimatio facta parti quia non inuenitur intimationem dicte gardie esse sufficienter factam dicto tali prefata curia nostra decreuit talem esse remittendum ad examē talis sui iudicis ordinarij punienduz vel absoluendum pro vt rationis cognitionem dicte cause eisdem remittendo similiter faciendum est quādo res cognoscit ratione alterius iuris specialis.

¶ Quando vero est sufficienter probatū tunc sic fieri poterit arrestum. Cum in curia nostra per per procuratorem nostrum et talem fuisset proposituz inter cetera q dicto tali existente in nostra saluagardia villipendiumz contēptum quare petebat ꝛc. ponat quicquid est iurisditio deinde sequitur econtra vero per dictum talem fuit ad sui deffendentē propositum ꝛc. facta igitur inquesta super premissis ꝛ ipis partib⁹ auditis ad iudicādū admissa ipsa visa diligēter condēnauit curia nostra dictū talem in .c. lib. nobis soluendum pro emenda necnon parti lesa in cētum libris in expensis ꝛc. Quarum taxationem suo iudicio reseruauit et hoc est verum in patria iuris scripti in qua expense adiudicātur esse si petite non fuerint secus in patria consuetudinaria als si partes solum fuerint protestate fit eis reseruatio earū Si vo infringens saluagardiam erat clericus vel religiosus vel prelatus tunc dicetur per iudicium curie nostre q tenebit temporale ad manum nostram donec de centum libris satisfactū fuerit nobis emēda ꝛ parti tantum ꝛc.

¶ Quandoq processus coraz ordinario inchoat per viam prouocationis et postea concluditur in rei vendicatione et iudex partibus auditis lite contestata fctis inquestis hincinde publicato ꝛ renūciato in causa per eius sententia pronunciauit male prouocatumz rem contentiosaz adiudicat deffendentē tollendo inhibitiones cū expēsis a qua sententia post modū appellatio ad iudicem appellationū qui partibus auditis ꝛ facta inquesta sup cōtentis in libello appellatorio appellātis predictam infirmat sententiam ꝛ rem cōtentiosam adiudicat appellante originaliter agenti a qua sententia appellat ad curiam que predictam confirmat ꝛ cōdēnato contra querentē suam reseruat actionem ꝛ tunc debet sic incipere.

¶ Cum virtute certarum litteraruz prouocationis ad causam a iudice nostro laragis pro parte. A. super eo q cum suis bono iure ꝛ iusto titulo ꝛ c. narretur tenor litterarum ꝛ c. ad prelibatum iudicem prouocasse dicebat ꝛ asserebat obtentarū certus seruiens non prenominatuz. A. de et super premissis debite responsurum vlteriusq facturum q iuris foret rationis coram memorato iudice ad certam diez adiornasset eidem. A. sub vigiti quinq mercarum argenti pena nobis applicanda ne dilatione huiusmodi ꝛ causa sic coram eo pendentibus aliquid indebite in ipi⁹ prouocantis preiudicium innouarit inhibendo coram quo quidam iudice aut eius locuntenente tantū processissent partes iādicte q eis coram vtraq ex titulis causis ꝛ medijs in pcessu declaratis territoriū prespicificatū iure vtilius dominij seu ca supertinere ꝛ spectare pretēdebat ad plenum auditis prefatus iudex per eius diffinitiuam sententiam ꝛ c. inseratur tenor sententie a qua quidam sententia prelibatus. A. ad iudicem nostrum appellatōis causarū ciuilium senescalli tholose appellasset tantumq coram eo ꝛ eius locuntenente processuz stetisset inter eosdē. M. appellantē ex vna parte ꝛ. A. appellatuz ex altera q eis auditis prelibati nri iudices appellationis locuntenētes per eius diffinitiuam sententiā inseratur tenor sententie ꝛ cū verbo condēnasset fuit ab huiusmodi sententia per ante dictum ad nostram parlamenti curiaz tholose sedentez appellatum auditis ꝛ c. processuq eis eisdem actis an bene vel male fuerit appellatum iunctoq libello appellatorio dicte appellatōis per modū nullitatuz ꝛ factorum nouorū ꝛ rationum iuris tradito recepto adiudicandum eo viso ꝛ c. repertoq ꝛ c. per iudicem ꝛ c. prelibatoq ꝛ inseratur reseruatio subiunctis verbis reseruauit ꝛ reseruat per quedam supra iudicium curia nostra memorata.

¶ Finis quinte partis.

Наукова бібліотека ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

¶ Sequuntur arresta quedam tam parisius q̃ tholose in parlamento prolata.

¶ Primo sciendum est q̃ anno dñi. M. cccxxiij. pr̃e ⁊ filijs de molancort psequutis p procuratorẽ regiũ rõne infrictionis saluagardie: delatiõis armor̃ dictum fuit q̃ qr ex dictis filijs aliqui erant clerici soluti nõ tenerẽtur psonaliter respõdere articulis: qr erat in eor̃ psonã attentare. ita dictũ fuit p magr̃o Guydone de emautus clerico soluto. ⁊tra Johãnem de senechles i parlamẽto ãni dñi. M. cccl.xxxiiij. ⁊ q̃ nõ teneretur psonaliter cõparere in fine inqueste. ⁊ p idẽ arrestum dictũ fuit posse ⁊cludi ⁊tra clericũ nõ coniugatũ ipsum tenẽdo in prisiõe epi rõne infrictionis saluegardie.

¶ Item vidi pronunciari p arrestum q̃ petens arreragia reddi cũ ⁊ sibi redditis i futurũ solui tenek facere vehutã rei super qua petit p̃dictis: nõ tñ teneatur tradere demãdam pprietariam: qr nõ petit rẽ nec̃ dominium rei super qua redditus petitur.

¶ Item vidi pnũciari q̃ petẽs garendũ cõtra illum qui petit ventas in saisina seu iusiaudũ nõ est admittẽdus. ⁊ q̃ appellans ad parlamẽtum postea agẽs coã iudice a quo nõ cẽsek renũciare appellatiõi sue nisi in cã quã litigat ⁊ cũ appellatio est deserta iudex a quo nõ põt cognoscere: ꝫ requirik littera iusticie a curia parlamenti. vt sentẽtia iudicis a quo executioni demandetur.

ij

¶ Item q̃ collatio facta p regem sub conditione si vacaret beneficiũ valet. ⁊ in impetratione regia non op̃z exprimere diocesim nec̃ se clericũ dicere. Et si aliq̃s habeat primo papalem. ⁊ ipsius virtute se faciat recipi. et poni in possessionem. ⁊ postea obtinuerit regalẽ cum clausula q̃ non teneatur se facere poni in possessionem nouã vti potest isto secundo titulo.

iij

¶ Item vidi per arrestum pnunciari q̃ ad uocari possent placitare ⁊tra illos quorum sunt vassalli in parlamento. M. cccl.xxxiiij. dũmodo nõ sit questio feudi q̃ teneretur a predictis dominis: nec de causa contingẽte honorem persone domini. vide in specu. tit. de aduo. §. j. ñ. item q̃ postulat.

iiij

¶ Item anno dñi. M. cccl.xxxiiij. fuit in requestis palacij pronũciatũ q̃ adiornat⁹ ad cognoscẽdũ: vl denegadũ sigillũ p̃decessor̃ in quibusdã littteris appositũ non tenebat respondere sup hoc: qr nõ erat: in eisdẽ littteris obligatio psonalis: ꝫ ibidẽ esset obligatio hypothecaria: qr domini requestarũ cognoscere nõ poterant: nisi de actione personali: igitur frustra fieret recognitio.

v

¶ Item anno quo supra fuit pnunciatuz q̃ licet aliquis sit dñs alicuius quo ad ressortum nõ tñ habet cognitionem. ⁊ remissionẽ querimonie in casu nouitatis contra ipsis obtẽta per subditum in suo ressorto: sic fuit dictum pro domino de Borbonio.

vj

¶ Item anno predicto fuit pnũciatum per arrestum manũ eẽ muniẽdã de petitis rõne arreragior̃ debitor̃ ad causam cuiusdẽ redditus quẽ habebat magr̃ frerlenis ⁊tra quẽdã ex ⁊siliarijs regijs q̃ius arreragia p̃dicta vnius anni redditum excederent.

vij

¶ Item anno eodem quidem asserens se clericum non coniugatum qui non erat tonsuratus fuerat coactus prestare assecuramentum: qr non apparebat de clericatu. ⁊ presumebatur laycus attamen si ostenderetur de tonsura reuocaretur assecuramentum. Item eodẽ anno quidem Raymundus asserens se clericum non coniugatum pro pluribus criminibus captus parisius in castello requisitus. ⁊ per arrestum dictum fuit q̃ non redderetur episcopo predicto. Sz ipo in factis contrarijs appunctato contra procuratorẽ regium. ⁊ reginaldum de berturit fuit receptus in causa. et ordinatum q̃ responderet articulis personaliter in fine inqueste in curia. ⁊ dedit cautionem ad ipsum sistendũ psonaliter in curia causa huius arresti videk fuisse q̃ erat tempore requisitionis elargit⁹ vel vertus: quia non constabat de habitu. ⁊ clericali et tonsura.

viij

¶ Item vidi q̃ eodem anno decanus xpia

regis qui est oim superior in regno suo. de hoc teneas nec vnq̃ cõtrariũ dicas.

xxxi.

¶ Item in parlamento anni. lxxxv. vigilia nostre dñe in martio. de quodã suspẽso reperto qui seipm suspẽderat q̃uis esset frigidus ⁊ quattuor dies elapsi essent a suspensione dictum fuit illum fore deprehensum in presenti fore facto.

xxxij.

¶ Item eadem die fuit pnũciatum contra quattuor ordines mẽdicãtũ Parisius q̃ dicti mẽdicãtes nõ erãt recipiẽdi ad faciẽdũ petitionem redditum perpetuorum ⁊ fuerunt in expeñ. condemnati.

xxxiij.

¶ Itẽ in parlamẽto anni dñi M.cccl.xxxvj. dictũ fuit q̃ magr̃ Petrus solaci pcurator in parlamento Parisius generalis substitutus corogurando habitatore andegauus non erat reuocatus per obitum dicti substituẽtes ante dies ordinarios: ad quos dict⁹ Petrus vt substitus se presentauerat.

xxxiiij.

¶ Itẽ dictum fuit in eodẽ parlamẽto p primũ presidẽtẽ q̃ obtẽtis defectibus vel cõgediis in fine parlamẽti partes nõ obtinerẽt vtilitatem ante subsequens parlamẽtũ nisi ipse leuauerint ⁊ apparuerit graferio.

xxxv.

¶ Item dictum fuit per eũdem q̃ cessio vel transportus factus de redditu non arreragiorum solum non est inhibitus nec hoc casu erant ostendendi tituli.

xxxvj.

¶ Item q̃ agẽs negatoria nõ cõfitet aduersarium possessorem nisi aliud dicerit

xxxvij.

¶ Item dictũ eẽm nõ teneri ad reparationẽ castrorũ p hostes destructorũ. Et idẽ fuit in parlamẽto precedeñ. p eẽo Aurelianeñ.

xxxviij.

¶ Item in eodẽ parlamẽto dictũ fuit q̃ appellatio dñi de Saliaco. cõtra ducẽ Borbonij ab officiarijs dicti ducis interposita nõ remitteret ad dies eiusdẽ ducis eo q̃ super eisdem attentatis concessum fuisset per curiam ladiornamentum q̃uis nundum esset executum.

xxxix.

¶ Item arrestum factum ad requestam cuiusdam super quadam pecunie summa a Johanne aligris pendente oppositione clerico. de facto fuit annullatum.

xl.

¶ Item fuit dictũ p arrestũ curie q̃ bene cadebat duellũ in ⁊ sup crimine adulterij qd̃ tẽdebatur fuisse factũ p vim ⁊ violentia ⁊ q̃ clericus nõ erat recipiẽdus ad prouocãdum aliquẽ ad duellum. Et ita dictũ fuit p dño ademario roberti puocatis. cõtra Leonardum linchart. q̃ interrogatus p curiã confessus fuit se clericũ. Sed cõdẽnatus in expeñ. q̃ vexauerat dictũ militẽ in hac causa pcedeñ. tam coram mareschalo frãcie q̃ in parlamẽto sciẽs se esse clericũ. Et sicnõ deberet iter eos pcedere. Itẽ nota q̃ ⁊ in predicta causa duelli nõ specificaretur dies cõmissi adulterij fuit tamẽ duellum adiudicatũ nec puocatus receptus fuit ad pbãdũ alibi qd̃ fuit mirabiliter. Sed hoc forte fuit ppter aliqua que p informationes fuere cõperta. cõtra qd̃ arrestũ fuerũt errores ppositi: sed non fuerunt admissi.

xlj.

¶ Itẽ q̃ seruientes ppria auctoritate i materia saisine ⁊ nouitatis nõ possunt adiornare partẽ ad curiã parlamẽti qd̃ si fuit adiornatus obtinebit cõgeditũ. Itẽ nota q̃ de iure eccl'ia põt suũ clericũ bãnire. c. i synodo. distin. lxiij. cum similibus.

xlij.

¶ Item nota q̃ die sabbati post natale dñi M.cccl.xxxvj. que fuit diesbeati thome fuit factũ duellũ inter Jacobũ lega ⁊ dñm Johãnem corrouge retro muros sancti Martini de campis: ⁊ deuictus fuit ⁊ mortuus dict⁹ Jacobus ⁊ pluribus visum fuit q̃ dei vindicta: q̃ noluit se iuuare priuilegio clericatu ⁊ q̃ oẽs ferebant esse cõscium causaꝝ ⁊c. ⁊ deinde die nona ianuarij fuerũt adiudicata prefato corrouge pro damnis iniurijs ⁊ expeñ. sex milia francorum.

xliij.

¶ Itẽ anno dñi M.cccl.xxxvj. xvj. ianuarij fuit quedã ordinatio facta per regẽ in parlamento publica continens in substantia q̃ qui sunt de consilio regio extra numerum, ⁊ vadia non gaudebũt immunitate habendi eoꝝ causas commissas in requestis nõ soluendi sigillum regium cum impetrant litteras regias nec franci sunt a solutione pedagiorum per regnum francie.

xliiij.

¶ Item anno quo supra. v. februarij fuit dictum q̃ nullus prohiberet vadium in casu duelli nisi esset de ptibus principalibus. Et q̃ aduocati decetero non consulerent contrarium. Et deinde die nona martij dictum fuit q̃ littere destinationis ad comparendũ pro aliquo supra locuꝝ in casu nouitatis sufficiebãt. licet nõ cõtinerent hyppothecã.

xlv

¶ Item eedem lecte fuerunt in parlamento littere regie per quas rex mandat omnibus suis iudicib⁹. q̃ aduocati ⁊ pcuratores qui se pretextu scolaritatis a solutione taillarum volebant eximere in suis curijs practicare non permittere.

xlvj

¶ Item nota q̃ in eodem parlamento dictum fuit q̃ marescalli soluebant emendaꝝ cum ab eis appellatur: vel ab eorum prepositio. ⁊ q̃ non habeant ressortum ⁊ fuit dictũ q̃ archiepõ in eius archiepiscopatu ratiõe iurisditionis spiritualis prisiam non habebat.

xlvij

¶ Item nota q̃ illud quod dicitur q̃ inter dominum. et subiectum non cadit nouitas ⁊c. verum est in casu quo querimonia non ẽ nisi inter dominũ et subiectum. Sed si esset inter supradicta ex vna parte dominum: et alium ex altera aut alterius rex debet habere cognitionẽ casus nouitatis querimonie domini ⁊ subditi: ne diuidatur continentia cause neq̃ illi alius si petat fieri remissionẽ audietur.

xlviij

¶ Item vidi in eodem parlamento q̃ quando rex concedit alicui litteras status nõ cõprehendit causas quas habet: cum illo nisi de hoc fiat expressa mentio ⁊ quia in sermone generali persona loqueñ. non comprehẽditur inquisitione. C. de solu.

xlix

¶ Item dictum fuit per arrestum curie pro episcopo parisiensi. et quodam de camera inquestarum q̃ questio arreragiorũ nõ erat realis: sed personalis. Et ideo cognoscere poterat officialis parisiensis in qua petebãtur coram eodẽ officiali arreragia certi reditus virtute promissionis. et contractus personalis cum non concluderet aliqd̃ medium reale.

l

¶ Item fuit dictum per magnum consilium q̃ bona clerici condemnati ad perpetuum carcerem pertinebant episcopo parisieñ. et istud est de consuetudine francie bona vero immobilia applicantur dñis temporalibus a quibus tenentur. ita dicit Jo. an. in addi. specu. ti. de feudis. §. quoniam. ⁊ si. xl.

lj

¶ Item dictum fuit per arrestum ꝯtra guillermum quippe parisieñ. mercatorem q̃ responderet in curia parlamenti super quodã contractu per ipsum inito q̃ dicebatur fraudulosus q̃uis esset clericus non coniugat⁹ in habitu ⁊ tonsura: ⁊ tam parti que requirebat anullationẽ executionis. cuiusdã facte ad requestam dicti guillermi virtute litterarum obligatoriarum sub sigillo castelleti passatarum super dicto contractu q̃ procuratore regio qui emendam requirebat ratio potuit esse: quia fraus dicebatur esse cõmissa in contentis in litteris obligatorijs sub dicto sigillo regio passatis.

lij

¶ Item dictum fuit per arrestum dñm ducem Burgundie male fuisse adiornatum in garendis in personam procuratoris. ⁊ obtinuit congedium cum expeñ. Secundo dictũ fuit q̃ eius procurator generalis in parlamento non tenebatur respõdere ad summationem super garendia cum male fuisset adiornatus.

liij

¶ Item nota q̃ egidius fores fuit per arrestum condemnatus in summa. lx. librarum parisieñ. eo q̃ ipsius aduocatus confessus fuit placitando q̃ vna cum eius aduersa parte videlicet. ⁊ religiosos de sancto Fatone concordiam fecerat lite super hoc in parlamento pendente absq̃ curie licentia sed religiosi condemnati non fuerunt: quia non confessi fuerunt.

liiij

¶ Item dictum fuit per arrestum pro episcopo parisieñ. contra magnum archidiaconum parisieñ. q̃ idẽ archidiaconus nõ erat admittend⁹ ad possessionẽ: ⁊ saisinam q̃ episcopus parisieñ. non posset exequi facere citationes in causa appellationis in domo eiusdem archidiaconi in qua suam tenebat curiam.

lv

¶ Item nota q̃ vidi etiam dici in parlamẽto anno. cccl.xxxvij. q̃ non sufficit adiornare aliquem iudicem in causa appellationis cuius locunteñ. vt commissarius regius virtute litterarum regiarum dicto locuntenente. ⁊ eius iudici directarum grauat partez quia facit vt commissarius. ⁊ non vt locum tenens. Et nota etiam q̃ sufficit q̃ bailliuus adiornatus in causa appellationis faciende suuz procuratorem obligat bona sui bailliuiatus. ⁊ cũ questio verteretur an dominus teneretur prestare assecuramẽtũ subiecto res ad consilium remissa fuit.

lvj

¶ Item dictum fuit per arrestum q̃ quidaz religiosus cluniaceñ. non erat vt conquerẽs recipiendus in casu saisine ⁊ nouitatis ratione successionis cuiusdam sui cognati: q̃

Hayk Bekjarian Library
COPYRIGHT © ՀԱՅԿ ԲԵԿՋԱՐՅԱՆ ԳՐԱԴԱՐԱՆ

religiosi in patria consuetudinaria non succedunt. dictum etiam fuit q̃ beneficio procuratoris regij pars adiornata que minus sufficiẽter ad requestam procuratoris regij et partis teneretur procedere.

lvij

¶ Item dictum fuit q̃ dominus de cossare non erat recipiendus ad proponendum accordium factum inter eum et partem suam ꝫ curie licentiã obtinuissent ex quo accordum nondum erat per curiam passatum.

lviij.

¶ Item dictum fuit q̃ licet quis non petat defectum expresse contra non presentatum nec adiornatum in parlamento quo se presentauit: tamen si ante dies ordinarios parlamenti sequentis hoc petat sibi concedi post autem non sed adiornamentum prouidendo dari si fieri debeat. et vtilitatem ad iudicari.

lix

¶ Item dictum fuit per arrestum cõtra habitatores de ligny sur marne: ⁊ pro habitatoribus de extra villã q̃ non tenerentur ad fortificandum dictam villam.

lx

¶ Item per arrestum curie dictum fuit q̃ q̃dam particulares aurelianen. soluerent. lx. libras parisien. pro emenda eo q̃ eorum aduocatus contra arrestum curie proposuisset et fuit bene calide. ⁊ de prope captus dict⁹ aduocatus super dicta emenda.

lxj

¶ Item anno domini. M. cccl.xxxviij. die xxij. iulij fuit facta ordinatio regis cuius effectus est primo q̃ instrumenta appellatoria ostendantur in cancellaria: ab his qui obtinere voluerũt adiornamenta in causis appellationum ab interloquutoria: als nõ obtinebuntur adiornamenta. Secundo q̃ grauamina apponantur in adiornamentis et in ipsis exprimantur an fuerit appellatũ a diffinitiua vel ab interloquutoria. Tertio q̃ non dabitur adiornamentum in materia attentoris nisi fuerint commissa post dicta adiornata. ⁊ in ipsis adiornamentis dicatur illa fuisse commissa post inhibitionẽ. Quarto q̃ tunc dabitur cũ informatione p̃cedente. Quinto q̃ tunc fiet adiornamentum ad dies ordinarios ad quos deuolutur appellatio iure ordinario.

lxij.

¶ Item anno quo supra ĩ vigilia beate marie septembris dictum fuit quẽ non esse recipiendũ ad allegandum se esse in possessione vt quietus esse debeat de decima vini soluẽdi de preforagio decimam absq̃ soluendo de mera guta pro mera guta.

lxiij

¶ Item dictum fuit per arrestum q̃ exemptus reddendus est suo iudici exemptor vbi concurrit cum ordinario. Et fuit etiam dictum q̃ intimatio si sua putauerit interesse non potest petere congedium.

lxiiij.

¶ Item inter archiep̃m Rothomageñ. ex vna parte ⁊ magistrũ Oliuerũ. le leune. ex alia dictũ fuit q̃ talis vtilitas virtute quatuor defectuũ eidem archiep̃o. ⁊ pcuratori regio adiudicatur q̃ duo instrumenta p̃dictum magistrum Oliuerium exhibita erant invalida: quia impossibilia: qz continerent ipsum fuisse eisdẽ anno. ⁊ die auinioni: ⁊ rothomagi: ⁊ in ōsentia dn̄orum hic existẽtiũ curia cancellauit. ⁊. ccc. libras p emenda regi. ⁊ totidẽ archiep̃o pro suis damnis ⁊ interesse fuerunt adiudicata. ⁊ q̃ primo satisfaceret archiepiscopo q̃ regi.

lxv

¶ Item nota q̃ per arrestum dictum fuit q̃ vendicans hereditatem maternam quam constabat vendidisse per litteras auctenticas confitebatur certam pecunie summam inde recepisse non erat recipiendus ad petẽdum prouisionem: qz quicquid proponebat ꝓtra cõtractum iacebat in cause cognitiõe.

lxvj.

¶ Item dictum fuit per arrestũ q̃ marchio saluerati teneret in regno respondere sup actione ypothecaria pro rebus in regno existentibus licet non super actione personali et q̃ beneficium dicitur vacare in regalia ꝫ asseratur illud vacasse in curia: eo q̃ illius vltimus possessor esset cappellanus pape ⁊ abbreuiator cancellarie apostolice.

lxvij.

¶ Item dictum fuit per arrestum valere adiornamentum factum in causa appellationis. ad dies baillliuie vel senescallie i qua fit explectum. ⁊ fuit admissa querimonia contra aliam querimoniam prius executatam quia per primam conquestam fuerat de cõcessione iusticiariorꝫ que fiũt p eis⁹ querimoniã ⁊ alius ꝓqueritur vt destruantur.

xlviij.

¶ Item dictum fuit q̃ absolutio facta ante arrestum in ipsius arresti executiõe poterit opponi: ⁊ idem crederem de omni alia exceptione compassibili cum arresto.

lxix

¶ Item die prima litigabili post festum bti Martini anno. lxxxviij. dictum fuit q̃ quidam qui non appellauit illico a sententia ꝫ procurator eius esset presens ⁊ postea infra octo appellasset non erat recipiẽdus vt appellans. Et ita etiam dictum fuit alia vice a sententia requestarum licet partes dicerent se non potuisse certiorari de sententia que plura continebat capitula.

lxx

¶ Item domini de polignat. ⁊ de volte vsi fuerunt saluoconductu curie contra dominum de ripparia per arrestum prolatum in mense decembris Anno quo supra.

lxxj

¶ Item nota q̃ super beneficijs in vim regalie collatis habenti potius ius status beneficij solet per curiam adiudicari.

lxxij

¶ Item pro decano auticen. fuit pronunciatum contra dominum de alegrio bene appellatum per ipsum decanum a senelcallo aluernie ratione cuiusdã castri q̃ idem dominus in manu regis poni fecerat ob defectum hommagij q̃ idem decanus dicebat ab eo eidẽ non teneri etiam non constabat.

lxxiij

¶ Item dictum fuit per arrestum q̃ filius mortuo patre nõ intrans fidẽ: ⁊ hommagiũ dñi infra anuum: ⁊ diẽ in patria iuris scripti. Et hoc feudum non admittit.

lxxiiij.

¶ Item nota q̃ anno dñi. M. cccxxxiij. per regem Philippum. ⁊ eius consilium fuit ordinatum et compertum reges francie vsos fuisse regalia iuris ⁊ facti simul iuris tamẽ et facti tantum q̃ audien. denegaretur: nec reciperetur: quia pretenderet regaliam facti locum non habere.

lxxv

¶ Item nota q̃ hoies iudicãtes sunt adiornãdi: ⁊ nõ sufficeret dominũ adiornari. Et ita dictum fuit per arrestum.

lxxvj

¶ Item arrestum latum fuit p vniuersitate aurelianen. contra quosdã particularis qui in magna emenda fuerunt condemnati: eo q̃ clamassent a mort a mort aux escoliers. ⁊ propter suos excessus quod fuit prolatum vltima ianuarij.

lxxvij

¶ Item nota arrestum latum pro iohanne mesnier qui fuit captus per prepositum parisien. ad requestam quorundam heredum ⁊ per curiam in gardiam trad. eps parisien. quia clericus a captione appellauerat dictum fuit bene appellatũ per dictũ mesnier et fuit ad plenũ per curiã liberatus non de factis cõtra eundẽ ppositis. Sed a prisiõe est aduertendum q̃ p curiam parlamẽti fuit ordinatum q̃ esset p̃sens dictus mesnier in pnunciatione dicti arresti q̃ ideo factum fuit: quia eps parisien. appellatione pendẽte fecerat informationẽ contra dictum mesnier super eisdẽ factis: ⁊ dicebat illum esse suum personeriũ eorꝫ occasione. Et ideo ne arrestum esset illusorium ⁊ mansisset in prisionibus episcopi quod fecisset: si non venisset in curia ordinauit q̃ veniret vt post arrestum haberet facultatem eundi quo vellet. fuit tamen in potestate episcopi ipsum postea capere vel capi facere vbi capere poterat puta extra claustrum palacij exemptum ab episcopo predicto.

lxxviij

¶ Item nota q̃ vnus ꝓdñs potest insolitũ conuenirí ratione periculi ruine. ⁊ solus cõdemnari. ita dictum fuit per arrestum anno domini. M. cccl.xxxix.

lxxix

¶ Item nota q̃ archiep̃s turonen. fuit condemnatus in emẽda. xx. librarũ erga regem eo q̃ in suis scripturis scripserat se eẽ in possessione. et saisina virtute sue iurisdictionis spiritualis puniẽdos laycos. ⁊ hoc pertinaciter sustinebat in scripturis concedendũ.

lxxx

¶ Item dictum fuit per arrestum q̃ decanus: ⁊ canonici turonen. non erant vt appellantes recipiendi a commissarijs curie sup taxatione quarundam expen.

lxxxj

¶ Item nota q̃ si quis non approbat aliq̃s facere capitulum non tenetur contra ip̃m se presentare vt ꝓtra capitulum. Sed contra tales et tales sediceñ. decanũ ⁊ capitulum.

lxxxij

¶ Item nota q̃ cedẽs liti post adiornamẽtũ condemnatur in expen: licet antea cedere obtulisset docto. vel viso titulo pt̃ aduerse.

lxxxiij

¶ Itẽ magister Johãnes de nulli olim pcurator regius matesconis nõ fuit ad oppositionẽ receptus ꝓtra executionẽ lrarꝫ regiarũ impetrarꝫ p quẽdã sup officio dicte pcurationis: ꝫ pẽderit lis in curia sup puatione inter eũdẽ de nullis procuratorẽ regiũ: nec de eadẽ fecisset mentionẽ. Ratio fuit qz rex proprio motu: vt p dictas litteras videbat dictum officium concesserat: Secus tamẽ als dictum fuit pro receptore tornaceñ.

Hayim Baruch Bodenheimer Library of Hebrew Book History
ИНИКОВА

lxxxiij.

¶ Item in parlamento predicto publicata fuit quedã ordinatio regia de data. xv. diei augusti per quam rex prohibebat aduocatis procuratoribus partibus ne impetrarent litteras regis in preiudicium ordinationum regiarum ⁊ q curia non obtemperaret litteris regis a partibus impetratis saltem clausis.

lxxxiiij.

¶ Item eodem anno. lxxxix. in parlamento incepto in festo beati Martini prior sancti Martini nuncabbas du bourg de dieux fuit condemnatus in. ccc. libris percipiẽdis super eius temporali: ⁊ priuatus omnibus officiis regis obtinendis. Et insuper dictum fuit q curia non obtemperaret litteris regis continentibus q dimitteret i pace ⁊ sileret procurator regius. ⁊ ratio fuit propter falsitatem quam commisit in quibusdam litteris cõtumacie quibus se iuuerat in curia.

lxxxv.

¶ Item nota q curia secularis cognoscit de appreciatione reparationum fiendarum in domibus ecclesiasticis. Et ita dictũ fuit per arrestum in eodem parlamento licet allegaretur. id esse personalitatis ⁊ declinata fuisset iurisditio laicalis.

lxxxvj.

¶ Item nota q beneficium in regalia vacare dicitur si decedat possessor: licet ius non habeat in beneficio. sed alius tertius non possessor. Et ita dictum fuit per arrestum super quibusdam canonicatu et prebenda Rothomagensis. licet per dictum tertium fuisset allegatum possessorem ius non habere.

lxxxvij.

¶ Item nota q in maleficiis per aduocationem non liberantur delinquentes neq; valet cõsuetudo in contrarium. immo damnata fuit per arrestum. Item per magnum consilium regis dictum fuit q saluiconductus regis locum haberẽt cõtra marcham etiam arresto laxatam ⁊ decretam.

lxxxviij.

¶ Item nota q quis potest alicui rei renunciande propter grande onus. Et ita dictum fuit per arrestum pro domino Ludouico de chalon. Item q littere status non impediunt inquestam neq; appresiam arramentorum.

lxxxix.

¶ Item die mercurii. xj. Maij. anno domini Millesimo: cccxc. fuit pronunciatum arrestum per magistrum Symonem soyson. presidentem in parlamento per quod marquisius seu marchio saluciarum fuit absolutus ab impetitiõe comitis saubaudie ⁊ vterius rex tanq; dalphinus viennensis manutenens in possessione ⁊ saisina solus ⁊ insolidum recipiendi fidem ⁊ hommagium dicti marquesij ad causam sui dalphinatus ⁊ fuit idem comes condemnatus ad reddendum eidem marquesio. xlvj. tam ciuitates ⁊ villas q̃ castra ex quib⁹. M. cccc. de domaino eiusdem marquesij ⁊ alie. eiusdem marquesij mouentis a rege tanq; delphino viennẽ si tenebat. ⁊ ad tollendum impedimentum per ipm appositum. ⁊ in expen. cause. de fructibus autem damnis: ⁊ interesse nihil dictum fuit. Idem sciendum q dicti marquesius ⁊ comes se subiserant regi Karolo nouissime defuncto patre regis moderni de omnibus huiusmodi debatis. ⁊ eius curie. vnde causa fuit litigata in presentia regis ⁊ partium in parlamento qui ante prolationem arresti. immo ante perfectionem inquestarum decessit et volebat dicere comes q rex modernus non poterat intromittere. Et illud fecit placitari nihilominus rex se intromisit et cum pronunciaretur arrestum presidens vtebatur istis verbis (le roy vous dit.) Et q rex ita perceperat pronunciari quia non potuerat interesse pronũciationi.

xc.

¶ Item nota non esse concedendum adiornamentum super defectu contra illum qui se offert processurum ⁊ se tenet pro adiornamento. Et ita dictum fuit per arrestum.

xcj.

¶ Item anno domini Millesimo. cccxc. in vigilia penthecostes comitissa valentineñ. fuit erga regem condemnata ⁊ erga partem in magna pecuniarum summa. et magister Petrus le gay eius gubernator. tunc defectus ad causam certorum excessuum et rebellionum factarum gentibus regis ⁊ parte cuiusdam sui castri seu ville fuerunt pertracte vsq; ad regis voluntatem ad causam dictarum rebellionum.

xcij.

¶ Item nota q valet adiornamẽtum factũ ad locum in casu saisine ⁊ nouitatis. Iz als ad personam vel domicilium factum nõ existat. Ita dictum fuit per arrestum.

xciij.

¶ Item nota q renunciatio facta appellationi interiecte infra octo non prodest. nisi fiat coram iudice a quo vel in eius curia infra tres menses certificauerit iudicẽ a quo de predicta renumeratione. Et ita dictum

fuit per arrestum.

xciiij.

¶ Item nota q actor censetur interruptionem facere contra archiepiscopum defunctum. Si infra annum non fecerit eius successorem adiornari.

xcv.

¶ Item vidi pronunciari in parlamento q certum accordium factum inter quasdam partes sub conditione si curie placeat teneretur per partes ⁊ seruaretur q primo allegate fuere plures rõnes et alie in aduersum.

xcvj.

¶ Item eodem anno. xxviij. iulij fuit ordinatum q in materia proprietaria actor traderet suam demandam in scriptis non expectato defensore ad capiendam aliam dilationem. videlicet vehute consilij vel garende. nisi vellet illas: ratio quia defensor ante diem consilij vehute vel garendi poterit redarguere demandam de ineptitudine vel petere congedium cum expensis. ob defectum adiornamenti. Quod facere non posset si dilationem consilij vehute vel garendi recepisset nisi sibi per expressum fuisset reseruatum.

xcvij.

¶ Item nota q archiepiscopus Biturceñ. fuit receptus ad proponendum possessionẽ de inuentariis conficiendis bonorum mobilium clericorum sue diocesis defunctorum in iurisditione temporali ducis Biturceñ. contra ipsum ducem.

xcviij.

¶ Item vidi pronunciari q dominus de tournon. nõ gauderet litteris status quia in eis rex non asserebat eum esse in guerra gratia cui⁹ litteras habuerat status. nec aliqs capitaneus sub quo fuisset hoc testificabatur. ⁊ q mulieri petenti prouisiones in bonis mariti de ipsius consensu venditis non fieret prouisio. Et ita dictũ fuit per arrestũ.

xcix.

¶ Item nota q clerici capti parisius auctoritate curie parlamẽti ꝓsueuerint reddi episcopo Parisieñ. Et ita dictum fuit de abbate sancti Cypriani pictauis ⁊ quibusdam alijs religiosis ⁊ q executorib⁹ episcopi vel archiepiscopi impetitis super reparatione domorum ⁊ hereditatis episcopatus dãda est dilatio consilij.

c.

¶ Item nota q quietantia post sententiam reperta valida est vt ex illa potest agi. vt cãcelletur obligatio ⁊ solutum virtute sententie repeti. Item nota q prouisio facta per arrestũ non retrotrahitur etiam in dote cõsuetudinaria. Sed habet effectum a tempore prouisionis arresti super prouisione lata et super illo habebit fructum prouisionis cuius videretur contrarium cum mulier a tempore mortis sit saisita de dote consuetudinaria. Sic fuit dictum pro dño Petro de villeriis. contra fratrem suum.

cj.

¶ Item nota q episcopo Pictaueñ. fuit facta recredentia supervisitatione. contra abbatem ⁊ conuentum de Mengouste. ⁊ archidiaconus de dieux. fuit cõdemnatus ad absoluendum seruientes regios quos excomunicauerat.

cij.

¶ Item q non est quis recipiendus ad petendum arreragia per medium reale obstãte sententia per partem aduersam prius obtenta in casu nouitatis ⁊ q procurator aliquorum manentium ⁊ habitantium debet esse de consensu maioris partis. Alioquin pars aduersa petere potest sibi congedium cum expensis. et obtinebit si constiterit de premissis.

ciij.

¶ Item per arrestum dictum fuit contra villam pro episcopo Tornaceñ. q saisina villa non erat recipienda q episcopus nõ posset ducere de domo episcopali in qua iurisdictionem habebat per villam Tornaceñ. ad castrum suum extra villam vbi habebat prisiones suos prisionarum licet episcopus in villa predicta iurisditionem non haberet neq; superiis. Sed si proponere vellẽt possessiones q ducere non posset absq; requisitione seruiẽtium vel iusticie ville necnõ cõductie dicte iusticie bene reciperentur.

ciiij.

¶ Item non fuit per curiã recepta quinimo per ipsuz arrestum repulsa declinatoria episcopi Noueneñ. in parlamento super refectione et reparatione quondam episcopatus sui eboricensis licet diceret hec esse personalia et non realia.

cv.

¶ Item non q causa interrupta per mortẽ facienes adiornari post annum heredes condemnatur in expensis. Et ita dictum fuit p arrestum et q officiarij regij in eorum iudicatis non tenentur prestare assecuramentum suis subiectis.

cvj.

¶ Item nota q ille qui non est notorie exẽptus a iurisditione iudicis citantis non recipitur appellans ab adiornamento quia te

Hayman Bibliography Project
ОРУЖЕЙНИКОВА

netur comparere ⁊ allegatur priuilegiū nisi esset notorium. Et q̃ aduocatus regius qui erat canonicus Parisieñ. non placitaret p̃ eccl'ia Parisieñ. contra regem.

cvij.

¶ Item nota q̃ vbi quis simpliciter appellat ⁊ omisso medio postea releuauit in parlamēto nō obstāt'ib' attentatis remitti. dz ad iudicem immediatum: q̃ attentata non sunt facta in contemptum curie.

cviij.

¶ Itē nota q̃ presbyter se suspendēs p̃ iusticiam secularem aut etiam clericus reddi debet episcopo.

cix.

¶ Item q̃ lite contestata, in materia nouitatis partibus scilicet appūctatis in factis contrarijs si prouisio peti omissa fuerit. Si agatur de bonis fiet de tertia parte. Et ita dictum fuit per arrestum non obstante litis contestatione.

cx.

¶ Item pro comite de lōgauilla frater dñi Bertrādi d̄ clesquin. quōdā conestabularij francie dictum fuit contra dñm Petrum de alba petra q̃ dñs comes non tenebatur recognoscere ad presens sigillum dicti fratris sui cuius erat heres appositum in quibusdā litteris per quas apparebat dictum fratrem teneri in certa pecunie summa. Et credo rationem fuisse eo q̃ allegaret dictum suum sigillum eius in quodam confectu cōmisisse.

cxj.

¶ Item per arrestum dictum fuit pro procuratore regio. cōtra bailliuum Ambioneñ. q̃ illius declinatoria non procedebat videlicet q̃ cum esset in habitu ⁊ tonsura non tenebatur in parlamento litigare ratione excessuum sibi impositorum maxime quia nō erat infrictio saluegardie ⁊ ratio fuit q̃ re vera pretendebatur armorum delationem interuenisse.

cxij.

¶ Item nota q̃ Johānes baldoyn. ⁊ dono faulgriel. defensores fuerunt condemnati erga partem actorem in. ccc. libris paris. ⁊ erga procuratorem in ducentis libris eo q̃ in placitando auohauerunt eorum aduocatum qui placitādo actori iniuriam dixerat.

cxiij.

¶ Item per arrestū curie dictum fuit q̃ prepositus parisieñ. haberet cognitionem ac pugnitionem quarūdam mulierum que cuz inuocatione demonū commiserunt sortilegium necnon cum voto quodam cuius medio fecerāt quēdam hominem pati afflictionem per cuius prepositi iudicium fuere dicte mulieres combuste. licet remissio earūdem fuit per episcopum requisita.

cxiiij.

¶ Item per arrestum quorundam comissariorum loco cancellarij francie per regem commissorum dictum fuit contra Johannem de germum. pro rege ac pro episcopo decano ⁊ capitulo Winerueñ. q̃ poneretur in pillario per certos dies tam Parisius q̃ minerui s ⁊ q̃ cum litio ferreo cādente in el' frōte character imprimeretur. Bannitusq̃ fuit a regno francie ⁊ eius bona confiscata cancellario.

cxv.

¶ Item nota q̃ ille contra quem ad instantiam procuratoris regij etiam in causa criminali sunt concessi quattuor defectus ante adiudicationem vtilitatis illorum comparuerit paratus se defendere audietur i suis defensionibus ⁊ procurator non habebit aliquam vtilitatem neq̃ pars nisi forte expeñ.

cxvj.

¶ Item in parlamento cepto in crastinum sancti Martini. Anno domini Millesimo. cccxcj. contra quēdam carmelitam vocatuz gacleham dictum fuit q̃ non erat recipiendus ad faciendum demandam nomine suo proprio fultq̃ condemnatus ad dimittendū quoddam hospitium de parisi. licet cum eo fuisset per sedem apostolicam dispensatum.

cxvij.

¶ Item q̃ post appunctamentum in iure. ⁊ ad ius audiendum. nihil fieri potest vel produci nisi parte vocata. Et ita dictum fuit p̃ Michaele de brusse.

cxviij.

¶ Item dictū fuit q̃ quedam religiosa que in vico cythare. per episcopum Parisiensem propter ipsam incontinentiam ratione sue iurisditionis episcopalis capta fuerat. Et tandem adducta in parlamento restituetur in loco capta fuerat quia rex pretēdit q̃ episcopus Parisieñ. non habeat captionem in villa parisius. Et ideo petijt procurator regius q̃ rex nō remane ret. de appunctatis. hoc tamen dictum fuit absq̃ preiudicio cause spiritualis quam episcopus habebat contra predictam religiosam.

cxix.

¶ Item fuit per arrestum posita ad nihiluz commissio officialis Remeñ. per quam mādabatur q̃ fieret preceptū plamēti q̃ poni faceret ad nihilum citationem ⁊ adiornamētum regium saltem. contra quosdam clericos q̃m non debebat sic loqui.

cxx.

¶ Item nota q̃ appellans ad parlamentū a iudice paris francie debet remitti ad magnos dies ipsius paris. Ita dictum fuit pro duce Victurieñ. licet partes allegarent nō esse subditi ipsius ducis.

cxxj.

¶ Item nota q̃ non tradens demandam propietariam ad diem assignatam et non faciens vehutam non facit sibi preiudiciuz in aliquo nisi pars aduersa ipsa die institerit vel aliquod explectum ipsa die ceperit. Ita dictum fuit pro philippo henry.

cxxij.

¶ Item dictum fuit per arrestum valere adiornamentum factum super garendia. licet adiornatus non haberet octo dies francos quia non fit nisi super summatione fienda que in iudicio fieri posset si presens ibidem inuentretur.

cxxiij.

¶ Item dictum fuit etiam. contra dominā de cordomo. q̃ habitatores chastellanie dicti loci non contribuerunt ad reparationez et fortificationem murorum de cordomo. Item cum petitur vniuersitas puta media vel tertia pars comitatis aut hereditatis non est fienda vehuta.

cxxiiij.

¶ Item q̃ in pena conuentionali incursa erga regem ⁊ priuatum non est rex preferēdus priuato. Sed regi et parti equa lance solui. Et ita dictum fuit per arrestum. Sed respectu interesse prius satisfaciendum est parti q̃ regi saluatur pena. Et ita etiā fuit dictum per arrestum.

cxxv.

¶ Item per arrestum curie non fuit receptus decanus Catburiceñ. ⁊ appellās a capitulo dicti loci. Eo q̃ ipsum in penam statuti capitularis: scilicet priuationis distributionum per octo dies incidisse declarauerāt. Et fuit ratio quia vt iudices ecclesiastici predictam fecerant declarationem a quibus non erat appellandum appellamentuz ⁊ temporalem iurisditionem.

cxxvj.

¶ Item nota q̃ procuratio facta in curia ecclesiastica sub sigillo curie eiusdem nō est sufficiens in parlamento ⁊ q̃ instrumentum appellatorium non erat receptibile eo q̃ fuisset receptum per notarium apostolicuz.

cxxvij.

¶Quia in nostra curia parlamenti ⁊ infra. decernimus ⁊ ordinamus q̃ oēs cause in prefata curia nostra introducte que inibi ex eaꝝ natura tractari non debent ⁊ quarum inquiste per curiam facte vel partes in iure non fuerunt appunctate iudicibus quibus pertinet cognitio remittantur: nisi aliquarū ex eis curia pdicta nostra ex certa magna cā sibi retinuerit.

Idem

¶Preterea ad adiunctionē ⁊ infra decernimus declaramus q̃ omnes cause que propter parium frācie vel aliorum priuilegiatorum adiunctionez in curia nostra interducentur ,in eos adiunctos eorum vt iura principaliter non tangant aut ⁊ eis habeant euidens notoriū interesse iudicib⁹ ordinarijs quibus de iure vel de cōsuetudine cognitio pertinet remittentur.

Idem.

¶Ut predictarum causarum in eadem curia nra introductarum remuodia executione demādent̄ ordinamus quod aliqui ex presidentibus et consiliarijs in bono numero vocatis secū graffarijs et eorum clericis visitent et visitari faciant rursus omnes in ,curia quouis modo existentes eosq; per bailliuias et senescalias deffuerit registrari faciant et in certis locis qualiter bailliuiam vel senescaliaꝝ separatim reponi cause vero que fuerint remittende coram iudicibus ordinarijs sicut ante dictum est remittantur causeq; nec non processus qui remitti non possunt similiter ex consiliaris causa visitandi sicut pertinebit ostribuātur magis pioꝝ necessarios ac antiquioris introductiōis alijs i expeditionē preferēdo.

Idem

¶Volumus insuper q̃ gentes parlamenti nostri de causis criminalibus quarum cognitio senescalis ⁊ alijs pertinet iudicibus in prima instantia cognoscāt quinimmo volumus q̃d eas pfatis bailliuis senescalis iudicibus remittant nisi ex euidenti causa curia nostra cognitionē retinuerit sup quo conscictias eoꝝ oneramus.

Ludo.xi.M.cccclxiiij.

¶Iura nostra necnō progatiuas preeminētias et priuilegia nra seruare volentes ⁊ ne subiecti nri vexationibus oppressionibus et molestationibus indebitis opprimātur: sed in pace ⁊ tranq̃litate teneātur decernimus et declaram⁹ cognitionem decisionem ⁊ determinationē collationū beneficioꝝ vacatium ⁊ vacuturoꝝ et que hactenus in regula vacauerit per nos et pdecessores nostros pleno iure cōferri solitorū ⁊ collatorum nobis ⁊ nostris iudicibus ⁊ nō alteri cognitionē ⁊ decisionē pertinere absq; eo q̃ ali⁹ iudex ecclesiasticus vel temporalis se debet de ipsis intromittere: nec in petitorio vel in possessorio cognoscere decernimus insup ⁊ declaramus causaruꝝ possessoriarū presertim in materia nouitatis occasione beneficioꝝ ⁊ materiarum ecclesiasticaꝝ intentarū nobis ⁊ iudicibus nostris antedictis ptinere cognitionem absq; eo q̃ aliūs de predictis ,pcessibus in ,pcessione pendēte possit vel debeat intercipere cognitionē cōmissionesq; decernere vel citatiōes aut ,pcessus facere: nec vti fulminationib⁹ vel aliquib⁹ ,p excōicationibus aut censuris ecclesiasticis mandatis ⁊c.

Karo.viij.M.ccccxciij.

¶Quia plures querele dudū ad nos delate sunt super eo q̃ gentes requestarū palacij nostri plures causas sub colore ,alicuius requeste committimus aliquorum priuilegiorum actechiate coram eis sepenumero faciant euocari vnde iurisditiones ordinariorum turbabuntur ad modū et partes inquietant eisdem sub officij sui debito expressius prohibemus ne predictis vtantur euocationibus neq; de causis. nisi p cōmittum officiorum nostrorum sibi commissorum decetero cognoscere presumant.

¶De materia precedēn.ti.habes,ē de offi bailli. c.interdicimus.§.prelati vero de rescriptis.cap. edito perpetuo.de offi.bailli.cap.presenti constitutione ⁊.c.inhibendo.⁊.c.statuimus de rescript. c.statuto perpetuo.de offi.bailli.c.super eo.cap. statuimus etiam de iudi.cap.pari ordinatione de offi.bailli.cap.concordantes de supp. negligentia in fi.cap.j.eo.

¶De libelli oblatione

Phili.iiij.M.cccij.

Statuim⁹ q̃ de debito intercartato non tradat libellus nec detur dies ad respondendum si de facto proprio partiū cōtēdatur in alijs aūt debitis ⁊ exactionibus psonalibus infra.xx.dies ⁊ ad lōgius litis cōtestatio fiat nisi

res conuentus sup exceptiõe ab eo ꝓposita in ꝑ dicto casu cognitionẽ curie pro se reportauerit.

Idem eodem anno.

¶ Propter ineptitudinẽ libelli dũmodo ex causa debendi ad causam petẽt recta cõclusio sequi possit iudex sniam ferre nõ omittat similiter propter ineptitudinem ꝓcessus vel propter iuris solennitatem omissam dummodo ex propositis ⁊ prolatis in ꝓcessu certa ferri possit sententia iudex nõ omittat sententiare ipse valeat sententia perinde ac si iuris solennitas esset obseruata ⁊ executioni demandetur.

Idem eodem

¶ Si bona alicuius veniant in cõmissum debita sua et dos vxoris si quam habeat reddantur creditoribus ⁊ vxori sine libello ⁊ actio script' iudiciario cum constiterit de predictis per testes vel alia legitima documenta.

¶ Si quis conqueratur de aliquo cum publico instrumento in ꝑsonali actione debitor teneat respõdere libello et reiecto audiatur q̃ cã de plano ⁊ absq̃ strepitu iudiciario dum tm̃ sit modica adeo ꝙ summa .xl. solid. turon. nõ excedat.

Idem anno. M.cccij.

¶ Si contingat bona alicuius venire in cõmissu ratione alicuius maleficij statim satisfaciat vxori de dote et alijs creditorib' si quos habet que sibi debentur prout fuerint priores tempore ⁊ senescalo videbitur citius et celerius sine offensione iusticie.

¶ De iuramento calũnie.

Phi. iiij. anno. M.cccij.

Si contingat et infra ceterũ volum ꝙ procuratores nostri in causis quas nõ nomine duxerint contra quascũq̃ ꝑsonas iurent de calũnia sicut alie persone predicte.

¶ De dilationibus.

Ludo. ix. canonizatus sanctus anno. M.ccliij.

Super debitis vero de quibus cõtrouersiam nõ referunt debitores placet nobis ꝙ precipiat curia simpliciter ⁊ aliqua pena nõ adiecta solum debita certa diebꝰ si factũ non fuerit de bonis debitoꝝ legatũ satisfaciat.

Phi. iiij. M.cccij.

¶ Si res conuentus tã in actione reali ꝙ personali aliquas exceptiões ꝓponere voluerit ante litis cõtesta. detur eisdẽ vnica dilatio. x. dierũ tm̃ ad exceptões dilatorias ⁊ pemptorias q̃ ante litis cõtesta. impediũt ꝓponẽdũ vltra ꝙ dilationẽ volens aliquas exceptiones de predictis ꝓponere minime audiatur testibus notatis per aliquem partiũ in aliqua curia vnica decem dierũ dilatio

ad publicandũ dictis partib' assignetur vltra ꝙ nisi testes examinari fecerint ad id pretendi minime audiatur nisi notorie ⁊ vere ostendere ⁊ docere non ꝑ ipsos sed per curiam vel alijs impedimentis legitimis stetisse quominus predictos testes examinari fecerit insuper vnicus taxandus ad arbitriũ iudicis terminus dũtaxat partibus assignetur in qualibet causa ad ꝓponẽdũ quicquid de iure ⁊ de facto ꝓponere voluerit ⁊ vlterius predicte partes minime audientur ⁊ renuncient vt concludant in causa ⁊ si renunciare maliciose distulerint habeat curia in dicta cã ꝓrenunciato et concluso et ad sniam procedatur.

Idem anno. M.ccclij.

¶ Quando clamores fient debite et debita erũt cõfessata eis deꝰ ĝndecima vt moris est in maiori parte senescalie q̃ trãsacta clamor non leuef per bailliũ priusq̃ satisfaciat de debito creditori

Ex ordinationibus parlamẽti. M.cccxliij.

¶ Nulla causa contra quãcũq̃ personã parẽ vel baronẽ dilationẽ decetero recipiet quomin' fin presentationũ ordinẽ liberef gratia quã rex sup hoc fecerit non obstaf. nisi alicui absenti ꝑ communi vtilitate cãe dilatio de gratia cõcedatur ad aliud parlamẽtũ vel in casu domini partũ vel baronũ quas rex ad eius reseruaf aduentũ promisso ꝙ gratia casu premisso causam huiusmodi reseruationis cõtineret als aduentu regis non expectato liberabuntur: nec intẽtio regis existit in aliqua per eũ in huiusmodi gratia concedaf aliq̃n vult cã tanq̃ preter eius conscientiã esse concessam reputari nisi clare constaret illã ex eius certa scientia fuisse obtentã intũgit insuper aduocatis curie ꝑdicta sub eoꝝ iuramẽtis: nec cõtra predictã ordinationẽ curie requestã faciant.

Philip. vi. M.cccxliiij.

¶ Cum a magnis ⁊ infra. ordinamus et ex certa scientia statuimus vt decetero in causis proprietatis ad habendũ suũ garendũ reus vnicam habeat dilationẽ ad proximũ sequẽs parlamentum ꝙ q̃ reo ius suũ seu actio contra illũ quẽ vocauit in garendũ ⁊ semel solũ fecit adiornari salua remaneat ac si patria parlamenta ipsa vt fieri solebat fecisse adiornari.

Joannes primus. M.ccclxiij.

¶ Actore siquidẽ ac defensore iudicialiter in nostra curia aut eoꝝ ꝓcuratorib' constitutis facta ex parte actoris petitione seu demanda si defensor diem consilij siue appunctamenti petierit si talis causa subiecta fuerit dilationi ad vehutam habendam ⁊ garendam ad adducendam cũ dies consilij dari debuerit non debentur dilationes annuales vt preteritis tẽporibus fieri solebat. sz cũ die cõsilij petita in eodẽ parlamẽto si fieri possit circa dies concedatur ad vehutam faciendam vehuta facta ad garendam adducendam quez si habere voluerit, executionẽ ad vehutam facien-

dam deputatum adiornari facere tenebitur alioquin pro ipso adducẽdo nulla dilatio detur et si quis garendus petierit nõ faciẽdum retenuitam de causa defendenda. Si garens in se cause defensionem nõ assumerit volumus ꝙ defensor in defectu garendi ad ipsius cause defensionem nihilominus si velit amittatur.

Idem eodem anno.

¶ Nos insuper non verbis sed rebus imponere legem volentes decernimus qõ si actorum ꝑsona iudicio pendente mittetur heres vel successor ipsius possit in causa cum parte non mutata procedere et ad procedẽdum admittatur etiam absq̃ eo ꝙ verbaliter dicere teneatur arramenta reassumi. Si vero ex pacto defensoris euenerit persone mutatio heresq̃ vel successor defensoris ad reassumendum arramenta diem appensamenti petierit: ⁊ propter dilationem requiret non sibi tempus annuate habẽdum appensamẽtum tribuatur: sed infra illud parlamentũ ad qõ adiornaf exitit si fieri possit appensamenti dies assignetur qua pẽdente statum cause in quo erat tempore mortis predecessoris ipsius defensoris actor ostendere tenebitur: et quem statim defensori actor tantũmodo monstrare tenetur cum heres aut successor defensorum possit pendente si velit de causa siue de causis ꝑdecessoris sui sufficienter instrui adueniẽte vero die appensamẽti tenebitur heres vel successor defensoris cause ipsius in qua appensamentum habuerit procedendo seu verbotenus assumẽdo de sicut actore superius est expressum: et si actor defensor mortuo herede aut successore ipsius ad tũc proximũ parlamentum ad faciendum heredes adiornari et in proximo parlamento post obitum defensoris cõparuerint heredes petẽtes sibi dari cõgedium cuius virtute dicebãt actorẽ interruptionẽ fecisse: et ipsum a causa seu instantia cecidisse cũ ipse actor sufficiens interuallũ habuerit a dicte mortis tempore vsq̃ ad tunc primus plamentũ ad faciendum heredes adiornari actor vero asseratse mortem defensoris ignorasse sup hoc iuramentũ prestari offerẽdo volẽs ꝙ attẽta qualitate actoris ꝑsone vulgataq̃ fama mortis defensoris curia predictum admittat vel non admittat iuramẽtum prout sibi videbitur quo amisso heredes aut successores defẽsoris fuerit adiornati ad assumẽdum arramẽta ꝓut superius dictum est curia nostra procedere faciat.

Idem eodem.

¶ Volumus insup ꝙ dilatio de tradendis articulis infra tres dies ab aliquo cõcessa firmiter obseruetur nisi ex causa curia dilationem ocesserit longiorem articulis aũt traditis dentur ꝑ curiaz cõmissarij ad concordãdum articulos sine sumptu teneanẽ insup ipse infra quindecim dies articulos accordare neq̃z poterũt hmõi terminum auctoritate sua sine curie licentia vlterius prorogare.

Karo. vi. M.cccliiij.

¶ Preterea cum alique expẽse penes curiã causa taxãdi ꝑ alterã partiũ posite fuerint curia parti aduerse diminuendi causa significatas tradat volumus ꝙ predicte diminutiones tradãt infra tres vel ad longius quattuor dies ab hora meridiana illius diei qua tradita fuerint, ꝓhibem' ꝙ nobis nec alicui dilationem sup hoc longiorem cõcedatis nisi ex bona matura deliberatione nec non ex certa et magna causa ⁊ necessitate qualitate ꝑsonarũ meritus ꝙ ⁊ magnitudine cause ac necessario fieri debere vobis videatur absq̃ ꝙ partes eorum cõmuni cõsensu vel als possint tẽpus ant edictum prorogare.

Karo. vij. M.ccccl.xxxiij

¶ Ordinamus insup ꝙ in causis querimonie in materia saisine ⁊ nouitatis quarũz expleta causz contunebant ⁊ in materia appelli cum dies euenerit presentatione facta presto siue partes nulla preterea dilatione litigare quandoquidem in predictis materijs partes de factis earũ instructe sufficienter esse debere.

Idem eodem anno.

¶ Quia durantibus guerris et infra ordinamus vt pro garãdo ⁊ ipsius summatiõe vehutaq̃z fienda vnica sufficiẽs ⁊ cõgrua dilatio concedatur infra quam pars explecta ⁊ adiornamenta casum pertinentẽ sub pena cadẽdi facere tenebitur nisi ex garãdi ⁊ vrgenti impedimento ad cõcedendũ aliam dilationem curia moneatur.

Idem eodem

¶ Quoniam intelleximus ⁊ infra decernimus vt postq̃ in causa conclusuit ac dies ad super productum ius audiendũ partibus assignata fuerit iudex eius sniam dicta die proferre nõ omittat. sz altera partiũ absentie vel expectationis cõsilij aut aliam requirat dilationẽ vel appellet ab eodem etiam si altera partiũ in defectu vel absens existat nisi tamẽ altera partium per nostras litteras cõcessa fuerit potestas per quam dicti processus iudiciuz deferri debeant intẽtionis tamẽ nostre nequaq̃ existit ꝙ per litteras status clause iudicium ꝓtelari debeat ⁊ si iudex inuenerit ꝙ partium altera ꝑ fraudem vel maliciam causalitatis ꝓtellende litteras nostras impetrauerit ratione retardati processus vltra principale in emẽdam ⁊ parti in expensis ⁊ interesse condemnari precipimus.

Karolus. viij. anno. M.ccccxciij.

¶ Ut in materijs beneficialibus in casu nouitatis recredentium ꝑ titulos vacuetur et ꝑ breues dilationes summarie ⁊ de plano ꝓcedatur nullũ q̃z examẽ ad futurã rei memoriã in materia recredentie iniũgatur preterea iamdicte materie beneficiales ⁊ ecclastice q̃ ꝑ appellatiões extraordinarias vel alias vias obliquas in curia nostra frequẽter introduciuntur summarie ⁊ de plano vacuẽtur ⁊ similiter alia incidẽtia quoꝝ me-

Hayward Gallery of Bibliography
ОНУЧИНА ЕЛЕНА ВЯЧЕСЛАВОВНА

dio tales materie in eadē curia ecclesiastica vbi sui natura tractari debet remittatur curie nostre et secularium iudicium regni nostri possessorum tangentia custodiendo.

Idem eodem

¶ Ordinamus insup vt elapsi dilatione ordinaria ad tradēdū casum appelli, pcurator appūctamento curie firmat ⁊ si velit aliā habere dilationem illā cum, pcuratore ptis in graffo recipiat si aūt expectauerit q̄ in plena curia vocet in emendam absq; supportatiōe leuādā suo, ppio primo noie ordēnet. Preterea nulla dilatio cōpulsoriaq; vltra dilationes ad, pcedendū per curiam nostrā concedatur nisi dilatio ⁊ compulsoria predicta fuerint in iudicio petite causam litigādo.

¶ De materia hui' ti. de dila. habes. ē. de postu. c. appūctamenta. de offi. deleg. c. concordatis de postu. c. p certas. ⁊. c. cū appūctamētū. obseruare. c. pdictas. c. vt magis. c. si ptes. c. insuper volumus. c. iniūgim'. c. cū aliqua ⁊. c. insuper.

¶ De causa possessiōis et pprietatis Karo. vij. anno dñi. M. cccc lij.

Quia in talibus materijs nouarum dissaisinarū et nouitatis q̄ sunt possessorie a pauco tpe citra, pcessum extitit ac si petitoris ac nouaꝝ dissaisinarum celerius ac q̄to magis pemptoria fieri pōt tractande sunt ac decidende. Cū preterea ptes si voluerint pnt sup petitorio, pcedere ⁊ qz p dilationes ⁊ subterfugia per ptes in talibus exquisita placitationū qz, plicitatū, pcessus sunt quasi immortales ac hereditagia sequestrata in desolationē et ruinā se pensiero cadūt vñ nobis ⁊ reipublice subiectisq; nostris frequēter dānum accedit. Et insup qz a paucis tpibus in dictis materijs nouarū ⁊ dissaisinarum firma quedā in volumine, p quā sup recredētia fieri testiū examē ordinat' lz ptes in predictis materijs p titulos possint expediri ex quo, pcessum nullū retardant ⁊ ptes maxime dānificantur. Nos talibus incōueniētibus, puidere volentes ordinamus q̄ in materia possessoria nouitatum et dissaisinarū tam querimoniarū q̄ aplagiamētoꝝ vt res sequestrate in ruinā vel desolationem nō deueniāt sicuti retractis deuenerunt gaudētia vel recredētia rerū cōtēciosarū p lras ⁊ rotulos ptiū absq; eo q̄ in pbationib' sup hoc appunctātur decetero indicentur nisi forte talis causa fuerit n qua nulli essent tituli vel littere et que sine testium, pbationibus in recredentia non possent expediri.

Karo. viij. M. cccc xciij.

¶ Qz sepenūero querimonia in casu saisine ⁊ nouitatis absq; magna apparētia capiet vñ pl'es ⁊ diuersi, pcessus mouent ⁊ subditi nri nullū vexētur ordinam' vt ps succūbēs i expēsis dānis ⁊ interesse nec nō emēdā arbitrariā erga nos odēnet.

¶ De materia hui' titu. de can ⁊ pos. habes. ē. de offi. bailli. c. pūti. de rescrip. c. qz plures de postu. c. in causis de iudi. c. qz in materijs. d̄ offi. deleg. c. ordinatū. c. si statutū de foro cōpe. c. si iura.

¶ De restitutiōe spoliatorū. Ex arresto pronūciato Parisius in parlamento. M. cclxxviij.

De rele de nouis dissaisinis nō veniēt in plamentis sed quilibet baillius in bailliuia sua vocatis secū bonis viris adeat locū ⁊ sine strepitu sicut si noua dissaisina impedimētū seu turbatio et si inuenerit ita esse faciat statim ressaisiri locū ⁊ accipiat in manu regis faciat ius partibus.

Beatus Ludouicus hui' nominis ix. M. cclliij.

¶ Quia nemo sine strepitu vel causa priuandus est iure suo bailliuis nostris maioribus ⁊ minoribus inhibemus ne dessaisiant aliquē sine cause cognitione vel nostro speciali mandato.

Phi. vi. M. cccc xxxiij. ⁊ Karo. vi. M. cccc viij.

¶ Statuimus et cōcedimus vt comites barones aut alij nobiles qui iudices appellationum habuerunt et habent de consuetudine antiqua vel priuilegio compeñ. et de appellatione suorum iusticiariorum inferior cognouerint ⁊ in saisina cognoscendū remanserunt eos deinceps habeant et de predictis appellationibus. cognoscūt nec super hoc a quoq̄ impediantur.

Karo. viij. M. ccc cx c.

¶ Littere querimoniarū in casu nouitatis ⁊ saisine hostiarijs ⁊ seruientibus regijs qui tamē ad sequestrationem realem procedere nō poterūt nisi partium accedentium consensu quarūquidē litterarum oppositio seneschalis et iudicib' alijs quibus cognitio pertinet dirigetur. Si vero prelibati executores huiusmodi querimoniam contrarium facere presumpserint per iudicem oppositionis in emendam nobis illos volumus cōdemnari.

¶ De materia huius ti. de resti. spo. habes. ē. de rescrip. c. si cōtingat. ⁊. c. si mādauerim' ⁊ de offi. aduoca. ⁊, pcuratoris regis. c. hac imperpetuū.

¶ De contumacia et defectu. Ex ordinationibus factis in parlamento. M. cccxxix.

Litera iusticie causis nouitatis parte conquerenti concessa in forma consueta et per eius executorem propter oppositionē partis debato ad manum dñi regis tanq̄ superiorem posito certo die partib' in parlamento procedendi vlterius assignata si ad predictā diem cōpareñ. iamdicto cōquereñ. ps qui se opposuit non compareat nec executorem mittat dictus nō cōparēs ponet in defectu ⁊ statim absq; dilatione res cōtēciosa que erat in manu regis ponet in manu predicti ꝓquereñ. in eis

saisina defendere salua questione proprietatis super hoc pti aduerse.

Ex eisdem anno quo supra.

¶ Preterea in causa pendente in parlamento facta cōmissione super articulis ⁊ ad subsequēs parlamētū, p reuocāda predicta commissione pars vna cōparet altera vero nō cōparēs ponet in defectu ⁊ statim reuocabit cōmissio ad vtilitatē tantūmodo partis cōparentis si hoc maluerit ⁊ si ps nō cōparēs excusatorē miserit ⁊ ad proximū parlamētū suū fecerit adiornari aduersarū ad videndū purgari defectū suū nisi huiusmodi purgatione audietur q̄ si non fecerit super illius purgatione amplius nō audiet ⁊ deinceps reuocabit pdicta cōmissio ad vtilitatē partis q̄ predictā cōmissionē ad suā vtilitatē dūtaxat obtinet reuocari si vero sufficiēter pars nō comparēs defectū suuꝝ purgauerit pdicta cōmissio extūc absq; alia diffinitione pro vtraq; parte renouabitur.

Ex eisdem āno eodem.

¶ Si a iudicato cōtra celato pars appellauerit ad parlamētū ⁊ ad, pcedeñ. in predicta cā appellationis suū fecerit aduersarū ad certā diē adiornari adueniente predicta die si pars que contra se iudicatū obtinuit cōpareat parte appellāte nō comparente nec excusatorē mittente si pars appellata cōparēs hoc requirat in defectu ponet appellans et statim debet eidē appellato littera qua iudicatū predictū pro se factū executioni demādet presumendū est eiñ, p dicto iudicato ex q̄ nō cōparet nec excusatore mittit ad diē sibi assignatā p que iudicium predictū sibi impugnare videbatur. si vero appellās cōpareat appellato deficiēte nec excusatorē mittente appellatus in defectu ponet ⁊ readiornabit super vtilitate dicti defect' ⁊ subsequēs parlamētū non eiñ ita de facili procedendū est ad annullādū sicut exequendū aliquod iudicatū cū predicto iudicato sit pma facie presumendū si rōnabiliter non impugnetur vel appellatio cōtra pdictū iudicatū interposita diligēter nō extiterit prosecuta.

Ex ordinationibus que i fine parlamenti leguntur.

¶ Anno domini. M. cccc xliiij. presens parlamētum tholose quo ad presentationes ⁊ placitationes a. xiiij. die mensis augusti nouissime decursi ūā finitum die pñti. vij. septembris finit ⁊ ipsi' camere claudunt saluis ⁊ reseruatis expeditionib' prisoneriorū ⁊ suarū causarū cōcedit; curia cōgedia ⁊ defect' presentationis, contra non presentatos ⁊ aderit adiornamenta ad futurū parlamentū ordinat insuper curia q̄ partes q̄ defectu presentatiōis obtinuerint explecta in fra dies ordinarios partiū, primo futuri plamēti leuare habeant alioq̄n ab ipsoꝝ cadēt vtilitate.

Ex eisdem.

¶ Insuper curia, pcuratores ⁊ partibus que contra partes suas in appelli causis in parlamento pñti obtinuerit congedia ⁊ ea non leuauerit iniungit vt eoꝝ explecta tradant penes graffarium presentationū illaq; leuēt infra, primo futurū parlamentū oēs pterea cause ordinarie vel extraordinarie, in plamenti curia pendeñ. ⁊ in q̄bus ptes debite fuerint presentate sed potuerunt hactenus expediri continuantur p curiā ⁊ in statu quo sunt de presenti ad dies ordinarios eorum seneschalie: baillinie. vel iudicature proximo parlamenti in quibus ordinarie debent agitari exceptis illis q̄ per arresta ordinationes reseruationes vel appunctamēta curie ad dies alios fuerint assignate

Ex eisdem.

¶ Si aliquis ad partis instantiam in eadē curia fuerit adiornatus ad certam diem vel dies quoꝝ presentationes adhuc venture sunt ⁊ causre predictis diebus assignatis partes se presentare nō tenebuntur sed redibunt et se presentabūt in proximo futuro parlamento videlicet diebus suarū seneschaliarum bailliuiarum vel iudicaturarum defensorū vel diebus, quibus cōsecundū naturam ⁊ statum earum ordinarie tractari debebunt saluis causis criminalibus ⁊ ad personaliter cōparendū adiornatis in quib' prima die dicti parlamenti vēturi ad quā per curiā remittantur ad tardius se presentari tenebuntur.

Ex eisdem.

¶ Curia insuper notum omnibus facit q̄ fm regias ordinationes parlamenti partes que in factis contrarie ⁊ inquesta fuerint appunctate eorum articulos tradere ⁊ vt concordentur ⁊ more solito claudantur infra tres septimanas diligentiam facere tenentur ad finem vt inqueste fieri valeant per commissarios qui fuerunt per curiam vel erūt sicut pertinebit ordinati. Aliquam lapso termino iamdicto articuli partium que diligētiā fecerint ⁊ infra predictum terminum traditi fuerint in partis absentia vel contumacia claudētur ⁊ sigillabuntur. Et nihilominus super quolibet procuratore negligente vel deficiente decem librarum emendam vel aliam qualem visum fuerit curia leuabit ⁊ non spectatis articulis partis negligentis ad inquestas faciendas commissarij deputabuntur nisi aliter per curi, vel ipsum presidentem predictas ordinationes insequendo ⁊ ordinando fuisset ordinatum ⁊ q̄ a presenti die tres septimane pdicto currere incipiant

Ex eisdē eodē anno.

¶ Etiam ordinat curia vt statim postq̄ presentationes Tholose fuerint elapse processus in scriptis recipiantur quo facto certe eiusdem seneschalie tamen per turnum rotuli litigabuntur scilicet prime cause appelli et rerum regem insolidum principaliter tangentium ⁊ post hoc de ceteris quatinus poterunt deliberari.

Ex eisdem.

¶ Ordinatum est vt postq̄ alicuius bailliagij seneschalie vel prepositure pñtationes elapse fue

HAY DOCUMENT ©

rint infra octo dies post presentatiōes diebusq; sequen. prout euenerint ad turnium rotuli vocantur fm ordinem ⁊ modū supradictum. Et nihilominus ab incrastino ⁊ qualibet die presentationū vel duobus diebus post processus in scriptis partium ad predictas dies assignatas sicut temporibus ⁊ parlamentis preteritis fieri solitum est recipientur precipit insuper curia procuratoribus ⁊ aduocatis vt statim post pntatiōes antedictas sint presto caularum predictarum ad turnium rotuli sub pena emende ad ordinationē curie predicte etiam iungit curia iādictis procuratoribꝰ sub pena emende arbitrarie vt de causis quarū onꝰ suscipiant a die ipsius presentationis habeant instructiones sufficientes a magistris suis presertim in causis in quibus fuerit procuratores actorum appellationum ⁊ conquerendarum ad fines vt caularum expeditio propter eorum negligentiam non retardetur.

Karo.vij.Ao.cccclij.

¶Volumus et ordinamus ꝙ quādo partes suas fieri faciant per se aut ꝑ procuratorem coraꝫ commissarij diebꝰ ⁊ terminis eisdē assignatis advidē dū articulos aperiri iurare testes aut aliq̄d aliud faciendum comparere alioquin in partis deficiētis absentia vel defectu dicti commissarij precedere poterunt ac si presens existeret.

Karo.viij.Ao.cccclxciij.

¶Quoniam impossibile censetur omnes cedulas defectuum ⁊ congediorum vbi partes ad tradendum eorum litigata in scriptis fuerint appūctate in iudicio vocari facere vnde partes pro petendis eorum defectibus ⁊ congedijs vsqꝫ ad sanctum Martinum compelluntur expectare inquo valde damnificantur. Ordinamus vt contra partes ad tradendum eorum causas appelli vel litigata in scriptis habentes ⁊ infra octauum post lapsum placitationum tradere volentes congedia ⁊ defectus vel explecta ob defectum tradendus predictas appelli causas in factis parti deliberentur ac si congedia defectus ⁊ explecta in iudicio petita vel concessa fuissent.

Idem.

¶Et quia inuocatione incidentium questionum expeñ. reseruentur in diffinitiua partes in infinitas requestas tradere ⁊ eos quos ipsas future sunt molestare non formident. Ordinamus ꝙ expeñ. questionum incidentium amplius decetero non reseruentur in diffinitiua sed victus victor in expensis condēnetur.

¶De materia huius tituli de contu. habes. s̄. de offi. graffa. presen. capi. ordinat ⁊ in. ca. preterea ⁊. c. si.

¶Vt lite vel appellatione pendente nihil innouetur.

Karo.viij.anno.Ao.cccclij.

Ordinationes regie.

Volumus ⁊ ordinamus ꝙ si in preiudicium appellatiōis frīuole in curia nra relenate aliquid attentetur illꝰ cognitionem curia possit retinere prohibemus tamen ne quis proponat attentatum nisi per legitimas informationes fidem prōptā faciat alioquin procurator allegans attēatum in emendā cōdēnetur ⁊ similiter pars que super eodem attentato fieri fecerit adiornamentum. Causaq̄ coram iudice ad quem de iure vel cōsuetudine cognitio pertinet illico sine difficultate remittatur.

¶De materia prefati titu. habes. s̄. de offi. pcu. ⁊ aduo. regij. c. ac imperpetuū valitura.

De sequestratione possessiōis ⁊ fructuū

Philip.iiij.anno.Ao.cccij.

Statuimus ꝙ si aliq̄s de officiarijs nostris fuerit aliquas terras vel possessiones propter debitum dictis possessionibus vel terris alteri cognitionem iudiciaria premissa adiudicatis fructus etiā modo tempore percepti eidē parti plenarie ⁊ fideliter tradantur deductis missionibus ⁊ expeñ.

Philip.vi.anno.Ao.ccccxxxviij

Karo.vi.Ao.ccccviij.

¶Cum bona vel res aliquas ad manū nostram ad instantiā procuratoris nostri vel alterius cuiuscūq; aut ꝑpter partium debatum poni contingerit. Ordinamus ⁊ precipimus ea non officiarijs ministris aut seruien. nostris vel eorum alteri sed alieni ꝑbo viro priuato tradi custodiendo ⁊ regenda competenti salario mediante q̄ de eisdem debeat loco ⁊ tēpore reddere rōnes deductis rōnabilibus ⁊ si quis officiarius minister seu seruiens curie nostre ea recipe ꝓsumpserit contra ꝓsentem ordinationem nostram etiā partiū accedente consensu recipientē cōpelli iubemus ad restituendū leuata absq̄ salario ⁊ expensis.

Karo.viij.anno.Ao.ccccxc.

¶In materijs oppositionū querimoniarū i casu nouitatis ꝑtibus coram iudice cōparentibus querimonia pura ⁊ simplex infra annū ⁊ diem a tēpore turbe impetrate furniri dz nisi oppositiones in cāpo vel infra breuē terminum fidē fecerit de executiōe vel adiornamēto in materia statuti q̄re le debite facte vel possessione ad adiornamentū predicte q̄rimonie per annū ⁊ die precedētes regias ordinationes super hoc insequēdo.

¶De materia ꝓhibiti ti. habes. s̄. de re. c. si otin. ⁊ c. si mādauerimus et de offi. iu. qui sigilli. c. si qr.

¶De probationibus.

Ex ordinationibus que per finem parlamenti leguntur.

Ordinat insup curia ꝑcedens vl'cū aliq̄ cā litigabit ⁊ appūctabit pars ad ꝓcedēdū ⁊ penes curiam lr̄as suas ponē dū, dilationē hr̄e volēs illā in cāpo petere

tere tenebitur vt sibi per curiam super hoc prouideatur alioquin ad tardius infra triduū post predictū appūctamētū penes curiaꝫ predictas litteras suas ponere tenebitur ⁊ extinde ad id faciēdum amplius admittetur nisi per curiam sibi concessum fuerit processusq; indicabiturin statu cū illisque per partem aduersam posita fuerint ⁊ ꝓducta.

Karo.anno.viij.Ao.ccccxlvi.

¶Cum ad procedendum ⁊ ad consilium fuerint appūctate eidem appūctamento infra triduū fumire tenebuntur absq̄ spe dilationem aliam obtinendi sub vmbra compulsoriam habendi vel alius nisi euidenter magna causa subsisterit hoc faciendum vel litigandum fuisset requisitum alioquin predictis tribus elapsis diebus processus i statu indicabuntur absq̄ eo ꝙ propterea opꝰ sit aliā petere seu reqrere seclusionem.

Idem eodem anno.

¶Cum inqueste per curiam nostraꝫ recepte fuerint partes infra triduum litteras ⁊ reprobationes post receptionē predictā si quas tradere voluerint producere tenebuntur absq̄ spe aliam dilationē obtinendis nisi per curiam ex magna et matura deliberatione aliter prouisum fuerit ⁊ deliberatum. Ordinamus insuperꝙ partes contra dicta aduersus litteras partium aduersariarum si que tradere voluerint infra octo dies subsequētes sine spe propterea dilationē aliam obtinendi ⁊ absq̄ eo ꝙ opus sit vltra predictos terminos tradere decetero requestam aliquam pro contradictis ⁊ saluationibus tradendis nisi in processu in iure appūctatis super principali recredentia vl' promsione.

Karo.viij.anno.Ao.cccclij.

¶Quia postq̄ ⁊ infra. ordinamus vt in causis appelli litigatis in precedenti curia nostra parlamēti partes eorum processus ⁊ acta infra tres dies cause placitationem immediate sequentē producere teneantur nisi curia longiorem litigando causam concesserit dilationeꝫ iniungimusq; partium procuratoribꝰ vt die presentationis eeuenta inuentarium registri sui actorum ⁊ processuum in cā appelli cum suis memorialibus eorum tradāt aduocatis.

Karo.viij.anno.Ao.ccccxc.

¶Vt querelis ⁊ infra debitor in litteris quas super instrumēto cancellatione contra creditoreꝫ obtinere voluerit cām propter quam instrumentum cessare cancellanduꝫ pretendit sicut solutionis pacti de nō petēdo simulationis vi dolo metꝰ aut alterius exprimere teneatur ⁊ si in predicto instrumento auctentico de cuius cancellatione questio fuerit continetur expresse summaꝫ in eodem contentā debitori petente instrumentū cācellari realiter fuisse numeratū eo casu infra vnū mensem post exhibitionē instrumenti predicti p creditorem p̄fatus debitor prefataꝫ solusse, summam iudici probare tenebitur. alioquin lapso p̄dicto mense ad prosequendū vlterius predictā cancellationem non admittetur nisi prius realiter dicta summa consignata inhibitioneq̄s tollentur sed si in instrumento predicto non contineatur expresse summam realiter solutā ⁊ numerata fuisseyt in omnibus alijs casibus in quibus in alia causa ꝙ solutionis cancellatio petitur huiusmodi poteris cancellationem infra quattuor menses a die citationis vel adiornamenti causaꝫ per eam allegatā probare de illaq̄s coram iudice fidem facere tenebit alioquin lapso termino iādicto creditori in predictis casibus ius suū prosequi permittetur virtute prefate obligationis ⁊ instrumēti: fm ipsius formā ⁊ rigorē vl' als prout rationis sibi videatur vel debitor memoratꝰ ad soluendum contenta in eisdem obligatione ⁊ instrumento si creditor id petierit eodeꝫ iudicio cōdēnabitur ac si cancellatio predicta proposita nō fuisset nihilominus ipse debitor qui causam cancellationis per eū allegatā probare non potuerit in emēda ad tertiā debiti partem ascendente medietate illius nobis ⁊ alia parti applicāda vltra expeñ. cause condēnabitur.

Idem eodem.

¶Propter abreuiationem ⁊ infra. ordinatuꝫ est vt partes in curijs seneschalorum ⁊ iudicij regionum patrie occitane vel eorꝫ aduocati facta sua sicut eis bonuꝫ videbitur litigent ⁊ subsequentes eorum defensiones replicas duplicas eorum facta sicut in curia parlamenti fieri consueuit allegando scripto tamen et libelli more in eisdem curijs solito registrabuntur visis autem predictis ligatis correctis per aduocatos partium necnon registratis ⁊ penes iudicem positis partes ad eorum titulos ⁊ munimenta ꝑducendum ⁊ in iure appūctabuntur nisi processus siue inquestis vacuari possit ex productis expedientur partibusq̄ fiet ius ⁊ sententia proferetur ꝙ si processus ex productionibꝰ partium ⁊ scriptis vacuari non possint partes in factis contrarie et ad inquestaꝫ appūctabuntur super factis in eorū scripturis responsionibus ⁊ duplicis contentis ⁊ infra dilationes ordinarias dicte partes inquestis eorum fiendis hincinde vacuabūt ⁊ vt partes ab onere probandū releuentur articulis predictis scripturarū per verbum credit vel non credit prehabito iuramento coram cōmissarijs ad predictam inquestam faciendum deputatis responde re tenebuntur. Et super factis ⁊ articulis quibus responsum fuerit per verbum credit fiet diuntaxat inquesta super obiectibus autem testium ⁊ reprobationes aliene non fient deinceps inqueste nisi viso prius per iudicem processu in consilio reperiatur predictas obiectiōes esse ꝑtinētes atq̄ receptibiles sine quarū probatione ꝓcessus vacuari non possit vel expediri.

¶De materia huiꝰ ti. habes. s̄. de postu. c. vt decetero. c. ꝓhiberi. c. ꝓhibemus. et. c. omnibus.

¶ De testibus attestationibus et reprobationibus.

SAnximus ⁊ infra volumus ꝙ inq̃ste si probationes postq̃ fuerit ad nostram curiã trasmisse iudicẽtur infra biennũ ad tardius postq̃ ad curiã nostram fuerint vt permittitur reportate.

Phi.vi.anno.Dñi.cccxlviij.

¶ Quoniã sicut intelleximus senescali bailliui ꝓ positi vel eorum locatenẽ. in causis eoꝝ coramꝫ eis pendentibus auditionẽ testiũ aliq̃ sibi retinent ⁊ eorũ affinibus examinationẽ eorundẽ aliquando continebũt vnde plura dãna subsequũtur volumus ⁊ ordinamus ꝙ nullus senescalus bailliuorum ⁊ prepositorũ nostroꝝ locatenẽ. decetero fieri faciãt inquestas nisi per bonos ⁊ sufficiẽtes cõmissarios nisi per nos in contrariũ litte e concedãtur eas nullius valoris esse volumꝰ. Et a pauco tempore citra officiarij in examinandis testibus creati ⁊ extiterint volumus tales officiarios remouerī ⁊ qõ vbꝫ mittitur examinatio testiũ bonis ⁊ sufficientibus ꝓsonis vel illis qui de partiũ consensu fuerint electi decetero cõmittantur.

Johãnes primus.Dñi.cccliij.

¶ Postq̃ dati fuerint commissarij ad inquirẽdã veritatem super factis partium diligentiã faciãt partes coramꝫ cõmissarijs suis infra tempus debitũ nec decetero factis negligentiã recipiantur neq̃ commissiones vltra duo parlamenta vel ex causa vltra tertiũ parlamẽtũ remouenẽ nisi ꝓ curiã steterit quominus in inquesta procedatur veluti si post primam diligentiam alteri partium petierit inquestã ad finẽ debitũ recipi ⁊ super fine debito partes fuerũt in arresto quo pendente partibus tempus non currit volumus tamen ꝙ curiaꝫ arresti predicti reddendo partibus tempus prefigat ad inquestam perficiendam casu quo fuerit commissio remouenda.

Karo.vij.anno.Dñi.cccclvi.

¶ Quia sepenumero contingit ⁊ infra. ordinamꝰ vt partes per curiã nostrã in factis contrarijs ⁊ i inquesta appunctate eorum inquestas ad dies ordinarios siue bailliuie siue prepositure vel senescalie parlamenti sequente proxime fixionibus ⁊ dilationibus omnibus excusationibus cessantibꝰ quibuscũq̃ penes curiã nostrã predictã reportare teneantur nisi ex grandi matura deliberatiõe per curiã aliter fuisset ordinatum.

Idem eodem anno.Dñi.ccccliij.

¶ Preterea volumꝰ ⁊ ordinamꝰ ꝙ si partium altera a commissarijs inquestas sibi commissas facientibus appellauerit cõmissarij predicti appellatione huiusmodi non obstante alterius partis inquestam perficere valeant et vlterius ordinamus ꝙ non possint sup vno quolibet articulo vltra decẽ testiũ numerũ examinari facere.

Idem eodem

¶ Ordinamus insuper ꝙ inquesta partium ad indicandũ recepta ex tũc partes earũ reprobationes si q̃s tradere voluerint infra octauam tradere teneantur sine spe alterius dilationis obtinende nisi per curiam ex causa cuidenti magnaq̃ aliter extiterit pronisum.

Karo.viij.Dñi.ccccxc.

¶ Ulterius ordinatũ est ꝙ dicta testium depositiones in predictis curijs totaq̃ patria occitana deinceps examinãdoꝝ ⁊ audiendoꝝ per viam inquestevel informationis aut aprisie summarie in lingua materna describantur taliter ꝙ testes eorum depositiones intelligere valeant legiq̃ possint aut recenseri aut recollari in tali lingua ⁊ in forma qua deposuerunt.

¶ De materia huiꝰ titu. de testi. habes. s̃. de offi. deleg. in. c. sicut intelleximus. c. vt cõmissiones ⁊ c. ordinamus de postu. c. obseruari decetero de proba. c. cũ inquesta deposuit. c. vt magnus de offi. dele. c. ⁊ quia per commissarios. c. vt prouideatur de postu. c. insuper. de contu. ⁊ defectu. c. volumus de offi. graffarij ⁊ notarijs curie infe. c. ad hoc de ꝓba. c. ꝓpter ⁊. c. decetero.

¶ De fide instrumentorũ et cõcernentibus cancellariam.

Karo.viij. anno.Dñi.ccccxlvi.

QUoniam ordo ⁊ infra. volumꝰ ⁊ ordinamꝰ ꝙ cancellaria nostra ad nostri parui sigilli custodiã deputati decetero causas aliq̃s in curia nostra non interducant nisi de ipso ordinario fuerint vel ex magna et euidenti cã eos ad premissa mouentur in predictis litteris super hoc concessis exprimenda.

Karo.viij.Dñi.ccccxc.

¶ Et quia in dicta patria ⁊ infra. ordinamus lras sup notariorum creatione per cancellariam concedendũ senescali vel eorum locatenentes vt ad predictũ notariatus officiũ si sint ydonei recipiãtur esse dirigendas neq̃ recipientur nisi priꝰ examinati in moribus scictia et legalitate per senescalos iudices ordinarios ⁊ alios officiarios sedis vocatis secum quatuor ex notabilibus dicte curie consiliarijs sufficientes repti fuerint quantum autem ad notarios hactenus receptus officium in presentiarum exercentes de ipsorũ sciẽtia vita probitate inquirẽ ⁊ si tales ydonei recepti fuerint penes curiã registrabũtur ⁊ in eorum officijs remanebunt ⁊ si non inueniantur qualitatis antedicte, nisi amplius intromittant interdicetur. predicta autẽ inquisitio ⁊ examẽ fuerit i curijs ꝓlibatis atq̃ sumptibus aliquibꝰ ⁊ expẽs. sub pena emende quantũ adiudicẽ vel officiariũ qui donũ aliquod recepisset ⁊ priuationis officij notariatꝰ Qtũ ad notariũ q̃ donũ predictũ vel aliaꝫ gratuitatẽ fecisset vel fieri procurasset caueant ꝙ ꝓdicti iudices nec non senescali, ne in magno numero ⁊ effrenata multitudĩe notarios predictos recipiant.

Idem

¶ Ut a magnis anfractibus ⁊ infra. ordinatũ est ꝙ de ꝓcessibus q̃ decetero fuerint in curijs predictis vbi non erit questio nisi de tribꝰ lib. turoñ. soluendũ semel ⁊ infra qui summarie sunt vacuãdi nõ recipiẽt nisi prima appellatio ad iudicẽ regiũ ꝓximiorẽ cui ꝓtinebit qui ꝓcessum in prima figura absq̃ grossatione fiet asportari.

Idem eodem.

¶ Prohibitũ est omnibus subiectis nostris laycis ne habeãt passari vel recipi facere cõtractus eorum ꝓ notarios apostolicos imperiales vel episcopales in materijs ꝓfalibus et ꝓphanis alioquin nulla fides adhibebitur reputabunturq̃ nulli et nullius efficacie seu virtutis ꝓhibitum est etiam ne gentes ecclesie notarij regij vel curie secularis efficiantur sub pena antedicta

Idem eodem.

¶ Et q̃ sub ymbra ⁊. j. ordinatum est ꝙ littere regie per cancellariã tholose cõcesse iudicibus ordinarijs quibus alꝭ absq̃ litteris predictis cognitio cause sibi per easdem litteras cõmissa ꝓtinebat non regratiabuntur in curijs presidia libꝰ vel alijs sed ꝓ dictũ ordinariũ qui duplum eorũ in sua curia poterit retinere denuã dabũtur executioni respectu vero litterarũ semel regratiatarũ in eadẽ curia presidiali nõ fiet aliud registrũ saltim taxatio vel argentũ non exigentur in alijs curijs antedicti neq̃ similiter ꝓ litteris senescalorum iudicibus ordinarijs directis; sed insinuabuntur absq̃ hoc ꝙ opus sit facere registrũ vel aliquam soluere taxationem de predictis aũt registrationibus salartũ moderatũ ordinationes super hoc factas insequendo recipietur.

Idem

¶ Ut super facto cancellarie tholose detur ordinata sunt sequentia vez ꝙ duo cõsiliarij parlamẽti tholose vel alie due persone notabiles si de parlamento non valeant tradere cancellarie ⁊ custodi sigilli semper assistent quorum consilio littere partibus expediantur: qq̃z due sint clauesin casa sigilli predicti quarum vnam memorati consiliarij custodient sigillumq̃z predictum non aperietur nisi in eorum presentia memoratiq̃z consiliarij cancellarium nostrum ad premissa committetur.

Idem.

¶ Ut querelis taxationis excessiue sigillorum ꝓuideatur statutũ extitit ꝙ ordinationes antique prefati taxationem sigilli tangentes publicabũtur ⁊ ex integro custodientur et si secretarij cancellariam insequentes sigilla arbitraria iniuste fuerunt arbitrati ad memoratos custodem et assistentes dicte taxationis moderande causa recursus habebitur quibus per eam cancellariam nostram sic fieri mandabitur.

Idem eodem.

¶ Ordinatum est insup ꝙ secretarij cãcellariam tholose insequẽtes aliquas litteras quas signabunt nõ reportãt: nec aliquas lras reportꝰ nisi ꝓ eiꝫ qui reportauerit easdẽ i cauda signate fuerint non subsignabũt nisi tñ fuerint littere cõmunis iusticie vel ex ꝓcepto illius vel illoꝝ q̃ cancellarie ꝓsidebunt inhibitũ est etiã eisdẽ secretarijs ne ꝓ signatura litteraꝝ quas procuratores vel alij q̃ secretarij predicti fecerunt quicq̃ recipere presumant.

Idem eodem anno.

¶ Ut multiplicationi relatorum in cancellaria ex quibus plures reperiũtur illitterati ⁊ ad faciẽdũ reportũ in experti congrue prouideatur. Ordinatum est ꝙ in predicta cancellaria octo relatores vltra consiliarios curie predicte qui poterũt ibidem adesse duntaxat habeãtur q̃ relatores erũt licentiati litterati in talibus expertti per custodẽ ipsius sigilliq̃ ⁊ ipsis assistentibus eligendi ⁊ faciẽt idem reportatores anno quolibꝫ iuramentum tale sicut ꝓtinebit. Et inter alia iurabũt non reportare litteras ⁊ signare in materijs in quibꝰ cõsiliarij fuerint vel aduocati.

Idem.

¶ Preterea in predicta cancellaria tholose litte re releuamẽti in casu appelli omissis medijs vt obuietur, ꝓlixitati processuum qui fiunt medio predicto appellationem decetero non concedẽtur cum patria predicta iure scripto regatur ⁊ si per inaduertantiam aut alꝭ aliqua releuamẽta concedantur causarũ predictaꝝ remissio fiet iudicibus mediatis quibus cognitio debꝫ ꝓtinere

Idem eodem

¶ In releuamẽtis a diffinitiua ⁊ in lris quibus ꝑ denarijs regijs mentio facta opponetur clausula prouiso ꝙ denarij regij per debentes ⁊ solue re ꝓsuetos quomodo non retardent exceptis emendis ⁊ condemnationibus a quibꝰ fuerit appellatum respectu vero denarioꝝ domaini nisi in talibus litteris semper apponetur prouiso ꝙ denarij nostri retardentur in omnibus etiam in litteris inhibitionum: nisi officiariorum regiorũ expressa mentio facta fuerit predictis litteris et prouisionibus officiariorum prefati ⁊ parere nõ tenebuntur.

¶ De materia antedicti titu. habes. s̃. de officio graffa. ⁊ nota. curie in fine. capt. j. de rescriptis. c. ⁊ quia plures. de proba.

¶ De iureiurando.

Philip.iiij.anno.Dñi.cccij.

VOlumus insuper ꝙ procuratores nostri iurent ꝑ in formam qua baliui ⁊ senescali iurare tenẽtur vt ꝓdictũ iuramentũ validꝰ ⁊ firmꝰ teneat volumus ꝙ in qualibet assisia predicta bailliuoꝝ ⁊ senescaloꝝ primo tenendam post publicationeꝫ hmõi saluberrimi statu

ti aperte coram clericis et laycis in causa predicta faciat iuramentuꝫ ꝗuis als in presentia nra fecerint illud idem vt si dei timor a malo ipos re uocare nō possit saltem indignationis nostre for midinis ⁊ temporalis rubozis confusione a malis agēdis in suis administrationibus arceant.

Karo.viij.Ds.cccc.xciij.

¶ Pro nostris ordinationibus de puncto ad pūctum fm earum formam ⁊ tenozem custodiendi ⁊ obseruādi ozdinamus ꝙ oēs nostri presidētes ⁊ cōsiliarij procuratozes ⁊ aduocati quattuoꝛ notarij ⁊ graffarij ⁊ primo prefati presidentes iurabunt has nostras ozdinationes antiquas per reges predecessozes nostros editas per pntes nō abzogatas necnō easconsiliarios nostros de pūcto ad punctum obseruari facere iurabunt. Premittentqꝫ ꝙ ad ipsarum noticiam peruenerit aliquem ex predictis consiliarijs nostris illarum infrictionē existere nobis denūciare vbi curia predicta non prouiderit ⁊ diligentiam omnimodam sibiqꝫ possibilem adhibere de transgressionibus illatis inquirendis simileqꝫ iuramentum presidētes inquestarū prestabunt ⁊ eozū cameris custodiri faceret obseruari prefatas ozdinatiōes prelibatiqꝫ consiliarij nostri vltra alia iuramēta per eos prestari solita sicut ꝑ iurabūt eozū presidētibus honozem ⁊ reuerentiam deferre necnō presentes ozdinationes et antiquas per pntes non abzogatas firmiter custodire obseruare nullatenus eas infringendo vel contra veniendo aduocati similiter ⁊ procuratozes nostri gnales quattuoꝛ notarij: graffarij: ⁊ hostiarij nostri ꝓdicti curie plamēti predictas nostras ozdinationes quibus in suo respectu custodiendoꝛ intertenendo iuramentuꝫ de cetero prestabunt.

¶ De materia prelibati ti. habes .ꝗ. de offi. bailli. c. iurabunt. ⁊. c. imprimis. ⁊. c. oēs seneschalos.

¶ De sententijs arrestis ⁊ execu/tione eozundem.

Phi.iiij.anno.Ds.cccij.

Sanximus ⁊ ozdinamus ꝙ iudicata arresta necnō sententie que de nostra curia seu de nostro cōmuni cōsilio processerunt teneantur ⁊ sine appellatiōe aliqua executioni demandentur. Et si aliquid ambiguitatis vel erroris continere viderentur. de quibus merito suspicio iudiceretur correctio interpretatio reuocatio vel declaratio eozundem ad nos vel ad nostrum commune consilium spectare noscant vel ad maiozem partem consilij nostri per prouidam deliberationem mandati nostri specialis ⁊ de nostra speciali licentia super omnia requisita seruetur. Preterea si aliqua persona pronunciarum q̄ iure communi regnitur in plamento nostro causaꝫ habeat que iure scripto debeat terminari diffinitiua sententia in eadem fm ius scriptum proferatur.

incidant et illico teneantur nisi a nobis litteras habuerint de gratia speciali et ex certa scientia nostra ⁊ ad proponendum erroꝛē contra arresta iuxta nostras ozdinationes antedictas audiant. Quequidem littere per hunc modum impetrabuntur vt illevidelicet qui asserere intēdit interuenisse errozes in arresto ipsos errozes gentib⁹ requestarum hospitij nostri vel alijs nostris gētibus per quas talia impetrare intendit tradant vt ipse gentes nostre deliberationē habeant et possint si in prima facie apparere potest gratiaꝫ errozes proponendi cōcedere debeam⁹ quequidem errozes in scriptis traditi ne pars que forsitan ad cautellam errozes traderet ipsos imitare valeat post gratiam impetratā sub signis illozuꝫ quibus mediantibus gratia sibi fiet transibit sub cum litteris super gratia concessis transmittant. Quibus in scriptis sic traditis et parte vocata prestitaqꝫ solita cautione iamdicta de refundis sumptibus et expeñ. fm alias ozdinationes nostras errozes per parlamentum nostrum non alibi neqꝫ per alios vt dictū est nisi solum in presentia nostra si hoc ozdinauerim⁹ fieri ipsos etiā presentibus corrigantur volumus etiam ꝙ nulli decetero concedatur gratia vt arresti executio suspendatur ꝓpter honozem per ipsuꝫ proponē dum quia pro arresto ꝙ debite et sine interuētu erroris latum et factum fuerat ab omnibus cum verisimiliter presumēdum est et si forsan contingat verisimiliter dubitari ꝙ pars que ꝓ se repoꝛtauerit arrestum sit vel efficiatur nō solūcdo sic ꝙ fructus percipiendos virtute arresti casu quo in eodem fuisset curatum reddēdum seu restituēdum facultatem nō haberet ipsa curia nostra ozdinare valeat prout fuerit rationis statuimus in super ꝙ decetero nulli cōcedatur gratia proponendi errozes otra arrestum interlocutoziū ꝙ si secus actuꝫ fuerit nullū esse decernimus ac etiā non valere.

Idem eodem

